

Non erit apud te steriles utriusque sexus tam in hominibus quam in gregibus tuis: repulit Deus Heliā, Heliēū, Hieremīā, & Danielē ob virginitatē seruatā: immo collaudat illos, & mirificè Spūsanū repleteū & zelo suo firmavit. Quippe illa prædicta sunt ad augmētū populi. Licebat igitur, prout ex præcedētibus liquet, vota emittere & castitatē seruare, qđ semper laudabile fuit, præsertim in euāgelica lege: cū ab apostolis præceptū sit sacerdotibus, diaconis & subdiaconis, post quā promoti fuerint, ne uxores accipiāt, quod solū cātoribus et lectoribus concessum est. Si enim beatus apostolus Paulus pri. Cor. cap. 7. cōsulit viris & uxoribus ad tēpus a se discedere, vt magis pure & attētiori animo orationi incubant, quanto magis puritas necessaria est illis, ad quorū officiū attinet, Deo semper vacare? diuinū sacra-mētū corporis & sanguinis dñi in singulos dies Deo offerre. Disiectis igitur tenebris hæreticōrum, quorū Deus venter est, & ebrietas pater & libido mater, ecclesiæ sanctæ cōuersatio, quæadmodū in cælis est, ita in suis sacerdotibus cælebs est, permanebitq; semper innixa in illo qui dixit: Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cælorum: cui cum patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

## TRACTATUS TERTIVS.

In XIX. cap. beati Matth.

**T**unc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autē increpabāt eos. Iesus vero ait eis: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: Taliū est enim regnū cælorū. Et cū imposuisset eis manus, abiit inde. Tractatu decimo superioris cap. diximus hāc autoritatē ad confirmationis sacramētū pertinere. Nūc verò cōsiderandū est, quōd laudabilis illa ecclesiæ cōsuetudo, quia sacerdos manus imponit super paruulos & sacrū euangelī legit, ab isto dñi exēplo initiū sumptu: tū etiā religionis ingressus nō est prohibēdus alicui, qui velut ingredi, quātūcunq; parulus sit: dūmodo professio fiat in decimoquarto anno. Quin infideliū paruuli, etiā inuitis parentibus sunt baptizādi, dūmodo aliquod dispendiū fidei, ex eorū baptismo nō cōsequatur: si quidē eorū animæ Dei sunt, quæ pars in homine præstatiſſima est. Igitur ad Dēū illos adducere magis deceat: quā, quia parētes ius habēt in filios, sub potestate illorū eos dimittere æternalē lucē priuādos. Quos et baptizare licet, etiā in infideles ob id eos sint occisi. Nā corpore multo est præstatiō anima, cuius semper ratio haberī debet. Immo in illa occisione res agitur puerorū, exq; illa cōmodum eorū attēditur: quoniā tunc occisi in limbū puerorū vadūt, qui viuētes postea æterno infernali igni tradēdieſſent. Cæterū si ob baptismū huiusmodi infideliū puerorū, ipsi parētes obduraretur, ita vel nolētes fidē ſuscipere, vel trucidarēt Christianos inter eos habitātes ſine captiuos, à paruulorū baptismo tūc ceſſandū est. Alia quoq; adhibēda est lima baptismo paruulorū infideliū inuitis parentibus: videlicet vt poſt baptismū illico inter Christianos collocētur. Nā ſi relinquātur inter infideles, peiores eo reddētur quōd ſint baptizati, parētū moniti et apostasiæ criminē. Eodē iure licet, niſi maius diſpēdiū fidei ſuborū atur, infideliū pueros, et infidelibus ipſis inuitis, rapi & baptizari, & illos ad terras Christianorū deducere, vt baptizētur. Poſsūt et̄ Christiani p̄cipes à ſuis domiciliis ſi fideles pellere, et ab illis poſſeſſa vi arripe: ſi terræ quas colūt fuerūt Christianorū, ſi eorū primæni fuerūt Christiani: ſi fidē illis p̄dicatā audire nolūt, & ſi datis induitijs & p̄dicationē euāgely ſæpi repetita, cōtumaciter aduersatur. Qđ in baptismo paruulorū, et̄ ſalubrī cōſilio obſeruatur. Cū enī nolūt illos

los Christo adducere, quinimo sacro euāgelio saepe inculcato, Christi fidē negligūt: tunc si nō inde pullulet aliquod dispendiū fidei in iuris parētibus sunt paruuli baptizādi, & ab eorū ty-  
rannica possessione eripiēdi, & ad gregē dominicū deducēdi: quoniam in utroq, casu res infide-  
lium bene agitur, & melius illis cōsulitur: ne quoad vixerint, peccata peccatis accumulan-  
do, iā duriōri inferni pœna plectātur. Tūc enim liberē infideles increpare licebit & dicere:  
Sinite paruulos venire ad me, & nolite eos prohibere: talū est enim regnū cælorū. Quod si  
infideles volūt fidē suscipere & baptizari, qui eos suis bonis spolauerit, ad restitutionē tenē-  
tur. Et ecce unus accedēs, ait illi: Magister bone, quid boni faciā, vt habeā vitā  
æternā? Audierat dominū dicentē, quod oportet regnū Dei accipere velut paruulus, qui  
eo potiri cupit. Quapropter voluit hic adolescēs verbis clarioribus viā, qua in regnū cælorū  
it, audire. Eo q̄ animo accessisse ad Christū tradit beatus Marcus cap. 10. quoniam addit:  
Et intuitus eū Iesus dilexit eū. Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Vnus  
est bonus, Deus. Quoniam iuuenis hic Iesu nō credebat diuinitatē, docet illū dominus omnē  
bonitatē esse à Deo, qui totius boni est origo & fons, à quo cætera bona manāt: illūq; essenti  
aliter bonū à seipso esse, cæterāq; ab illo quæ bona sunt bonitatē accipere. Ut ilis re vera oni-  
bus hæc domini sentītia est, vt nemo de se glorietur, nisi quēadmodū beatus apostolus Paul  
ait: Qui gloriatur in domino gloriatur. Et beatus Iacobus: Omne datū optimū, & omne do-  
nū perfectū de sursum est, descendēs à patre luminū. Sicut vis ad vitā ingredi serua mā  
data. Dixit illi: Quæ? Iesus autē dixit: Nō homicidiū facies. Non adulterabis.  
Nō facies furtū. No falsum testimoniū dices. Honora patrē tuū, & matrē. Dili-  
ges proximū tuū sicut te ipsum. Dicit illi adolescēs: Omnia hæc custodiū à iu-  
uētute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse vade, ve-  
de oia quæ habes, & da pauperib⁹, & habebis thesaurū in cœlo: & veni, te que-  
re me. Consiliū hoc euāgelicum perfectissimū est, & hominē in statu perfectionis collocat.  
Nec proinde quis existimet, si onibus relictis dñm sequatur: quæ pauperibus donat amit-  
tere. Ait nāq; dñs: Et habebis thesaurū in cœlo. Omnia tibi retribuētur in æterna bea-  
titudine. Optimisunt nāmularij pauperes, qui nō Romæ apud illos repositas pecunias redi-  
dūt, sed ī æterna poti⁹ beatitudine qcq; illis donasti, cumulationi fœnore exhibet. Cū audis-  
set autē adolescēs verbū, abiit tristis: erat enī habēs multas possesiōes. Iuueniū fer-  
nor facile extinguitur. Accessit iste querēs quid opus sit factō, vt habeat vitā æternā: cūq;  
illi status perfectus & securior esset ostēsus, plus amauit terrena quā cœlestia. Iesus autē di-  
xit discipulis suis: Amē dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnū cœlo-  
rū. Et iterū dico vobis, facilius est camelū per foramē acus transire, quā diuite  
intrare in regnū cœlorū. Similiter & beatus Marcus & Luc. difficile & nō impossibile  
referūt dixisse dñm. Nā quēadmodū per foramē acus funis, quo anchora in profundū ma-  
ris imititur, nisi id miraculo fiat, trāsire nō pōt: ita ēt Dei adiutorio diues arētabitur, vt in-  
trare possit in regnum cœlorum. Auditis autem his, discipuli mirabantur valde di-  
centes: Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Iesus, dixit illis: Apud  
homines hoc impossibile est: apud Deum autem, omnia possibilia sunt. Gra-  
tianamq; diuina vbi cor dinitis tangit, ita illum afficit, quemadmodum beatus apostolus sig-  
nificabat, 1. Cor. 7. dices: Et qui emunt, sint tanquā nō possidētes: et q̄ vtūtūr hoc mūlo, tā-  
quam

quā nō vītātar. Et pri. Timo. vlt. Diuitibus hui<sup>s</sup> seculi præcipe, nō sublimē sapere, nec sp̄era re in incertō diuitiarū, sed in Deo viuo (qui præstat nobis oīa abūdē ad fruēdū) benē agere, diuites fieri in bonis operibus, facilē tribuere, cōmunicare, thesaurizare sibi fundamētū bonū infuturū, vt apprehendat verā vitā. Quod & beatus Marcus cap. 19. vniico verbo ex ore domini sūpto cōcludit, dices: Filioli, quā difficile est cōfidētes in pecunijs, in regnū Dei introire? Quibus verbis stupefactus beatus Petrus, tūc respōdēs, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia & sequuti sumus te: quid ergo erit nobis? Qui oīa reliquisse dicit, etiā se reliquisse arbitrādus est. Frustra enim ōnia dicerētur relicta, si quis adhuc intra se maneret. In nullo nāq, loco maiori cū periculo versari quis potest, quām in se ipso. Amici vera & bona amicis cōsulunt, & à plurimis animae & corporis auertūtē periculis. Inimici cū detrac·tionibus & persecutionibus suis inimicos saepe cautores reddūt, vt defuturis dānis sibi prospiciant. At verò si tibi te ipsum tradas, ac totus in te verseris, & quācūq, voles libera tibi sit faciēti licētia, heu quāta peccatorū fāce, quot malorū vorticibus indies obrueris? Quod Dauid psal. 80. vaticinatus est, dices: Dimisi eos secundū dasideria cordis eorū: ibūt in adiuvationibus suis. Dū vtiq, dimitūtūr in manibus desideriorū, currūt peccatores in adiuvationibus suis. Qui omnifera facti crudeliores seipso præcipites furibūdo impetu in infernū deūt. Igitur qui dño velit cū Petro dicere: Ecce nos reliquimus omnia: seipſū relinquit, & se ipso discedat, nihilq, aliud velit præterquā Deū, & quo totus pēdeat, & cuius voluntatē summa semper cū alacritate perficiat. Quapropter dñs ferè in medio eius quā nos docuit precatio nis, hanc petitionē, fiat voluntas tua, cōstituisse videtur: tanquā ab illa cæteræ illustrarētur ac perficerētur. Ita & sol inter cœlestes orbes mediū tenet, vt suo lumine superiora & inferi ora collustret sydera. Ita & cor mediū corporis occupat, quoniā ab illo vita deriuatur: est ē primū mēbrū quod organizatur, ultimū quod anima exiēs desinit informare. Iesus aut dīx illis: Amē dicovobis, quod vos qui secuti estis me in regenerationē, cū sedebitis fili⁹ hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicātes duodecim tribus Israel. Et ōnis qui reliquerit domū, vel fratres, aut sorores, aut patré, aut matré, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomē meū, cētuplū accipiet, & vitā æternā possidebit. Multi autē erūt primi, nouissimi mi: & nouissimi, primi. Beatus Hieronymus quærerit, quare dñs ad secundā partē propo sita à beato Petro sentētiae resphōdit, nihil dices de prima? Vos qui reliquistis ōnia: sed, Amē dico vobis, quod vos qui secuti estis me, & cæt. Quod inde arbitramur factū, quoniā cōtingere potest, quod aliquis relinquat ōnia seipso seruato, & sic nō sequitur Christū. Alij postquā reliquerūt, ad relicta iterū reuertūtur, sine amissorū affectu & desiderio, seu retro aspiciētes cū uxore Lotb. Et quoniā in imitatione Christi religio vera cōsistit, cuiuscūq, status & cōditionis sit homo: propterea dñs ad illud, quo homines perfecti reddūtūr, primo respondet apostolis: deinde de relinquētibus ōnia loquitur: Vos igitur, inquit, qui secuti estis me, in regeneratione ultimae resurrectionis: cū federit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicātes duodecim tribus Israel: quia noluerunt credere tot ī me visis operibus, quæ alius nemo fecit, tāta ac tali audita doctrina, quæ nemo alp docuit, & post Spiritus sancti aduentū ex ore apostolorū euangelicā legē audierunt, & mirabilia et signa oculis perspexerūt: propterea igitur vos iudices eorū eritis. Iudicaria potestas Chri sto

sto est data, & ipse iudicabit orbem terrarum: quoniam pater non iudicat quenquam, sed omne in dilectione dedit filio. Sedes autem apostolorum & iudicium, quo iudicabant duodecim tribus Israel, approbatatio sententiae iudicis est: cum & ipsi beati apostoli referent qui: quid fecerunt, ut Iudei redemptoris fidem amplecterentur. Qui & comparationis iudicio illos iudicabunt. Ait namque beatus Hieronymus: Quia vobis credetibus, illi credere noluerunt. Quemadmodum & dominus intelligit supra cap. 12. Vix enim iniuit & surget in iudicio cum generatione ista, & condenabit eam: quia venit a similibus terrae audiens sapientiam Salomonis: & ecce plus quam Salomon hic. Porro illud est aduertendum, quod totum euangelij pudicum in vera imitatione Christi consistit, praecipue vero in humilitate, pacientia, & charitate, praesupposita castitate. Superbia enim Lucifer & assediare eius superbissimi & nequissimi spiritus corruerunt: Superbia etiam primus homo deiecit est: ea propter totum in humilitatem euangeliu fertur: Discite a me, inquit dominus, quia misericordia sum & humilis corde. Ita exaltavit humiles, & Quis exaltat humiliabitur, et quis humiliat exaltabitur. Nunc ad primam partem propositae sententiae Petri dominus respondet, dices: Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, ceterum accipiet, & vita aeterna possidebit. Hec relatio temporalium primo loco signat actuali relictionem omnium, & soli Christo vacare. Quod autem de uxore ait, accipiendo est ex consensu eius, & ipsa religionem ingrediente, vel in loco tutissimo & omni suspicione carente amore diuino recedente, & votum castitatis emitente. Largissime autem extenditur ad relinquentes omnia, secundum animi preparationem: & Deum semper praeponentes parentibus, uxoribus, filiis, & possessionibus. At qui quemadmodum supradictum diximus: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum, de illis qui omnia reliquerunt, & nihil amplius cōcupierunt, recte interpretari ita & hic accipiendu opinor. Hisne per datum hic ceterum: quoniam ille verus dimes est, qui nihil habens, solo Deo contentus ac faciat omnia possidet. Ceterum aduertendum est, inter cetera diuinitatis opera nimium gratitudinem re lucere: Seper enim dominus plura reddit, quam pro meritis: ceterum enim promittit & vitam aeternam, in qua ad dexteram patris regnat Christus: cui cum eodem patre & spiritu sanguis eius honor, gloria, & imperium in aeternum. Amen.

## TRACTATVS QVARTVS.

In XIX. cap. beati Matthaei.

**M**ultum sane relinquit, qui se omnium temporalium rerum affectu abdicat: & iam verè seculo abrenunciās, soli Deo intēdit. Rescato igitur desiderio quicquam possidendi, ac totum in Deum cōuersus beatus Petrus, simul & beati apostoli, ipse hinc sumpta fiducia pro omniis loquitur, dices: Ecce nos reliquimus omnia, & secutis sumus te. Quid ergo erit nobis: Qui voluntate a terrenorum desierto cohabet, nihil omnino vobis præter Christum, is verè dicitur omnia reliquisse, quamvis actu exigua possideret: voluntate siquidem magna, & plura velle potest. Abscisio igitur desideriorum res ingens est ad Christi veram imitationem. Cuius rei causa haec assignari potest. Nam cum anima iustitiae sit sapientiae: ea quam dominus est habitatur, intra cordis claustra nihil admittet, præterquam Deum, qui consortem minime capit. Hinc ergo necessario fit, ut quisquis Deum intra sui domicilium cordis excipere velut, ab omni de-

fiderio

siderio inani habeat omnino vacuū. Alioquin quæ conuentio dabitur lucis ad tenebras, Christi ad terrena nullus prorsus. Ab omni igitur desiderio terrenoru dæfecato corde recte dicitur: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Hæc est vera sp̄i ritus paupertas, prout latius supra cap. 5. explanauit: quādo anima omnib⁹ relictis actu temporalibus, ac resecata voluntatis concupiscentia nihil præter Christū desiderat: ex celo profecto & apostolica, sed rara virtus. His quippe dicitur: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me: Qui sic reliquistis terrena, vt nihil unquam concupiscatis. Qui mei veri sectatores facti, pacientiam, humilitatem, charitatem, & cæteras virtutes imitamini non tantū sicut mensæ, sed & laborū, anxietatū, persecutionum, crucis, & mortis: in regeneratione, non quidē illa qua spiritualiter in baptismo regeneramur, sed cū ad iudicium omnes corporaliter suscitabuntur: cū sed erit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Multipliciter secundū beatum Thomā in 4. dist. 47. dicitur in scriptura diuina iudicare: hoc est comparatiū, quando unus eodem vel minori adiutorio præditus melior altero euadit. Quemadmodū dominus dixit de Iudeis respectu Niniuitarū & reginæ Saba: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cū generatione ista, & cōdemnabunt eā: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ: Ecce plusquā Ionas hic. Regina austri surget in iudicio cū generatione ista, & condēnabunt eam: quoniam venit à finibus terræ, audire sapientiam Salomonis: & ecce plusquā Salomon hic. Quoniam igitur Iudei supremum habuerunt prædicatorem Christū dominum, nec conuersi sunt à vijs suis pessimis, dicent illis viri Niniuitæ: Nos conuersi sumus uno verbo Ionæ, quomodo vos non estis conuersi tot verbis domini? Itidem regina Austria dicit: Ego à finibus terræ veni audire sapientiam Salomonis, quomodo vos noluistis audiire ipsum sapientiæ fontem Christū dominū? Iustissime ergo trademini æternis supplicijs: iustissima & sanctissima iudicis sententia est. Siue id dominus auctor sit, ostendens Niniuitas & reginā Austria Iudeis, ac ita illis exprobrans: Ecce hi conuersi sunt prædicatione Ionæ, quare & vos non estis conuersi, & credidistis tot verbis meis? Regina Austria venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, ego à summo cœlo veni docere vos, nec credidistis nec conuersi estis? Iusto ergo iudicio traditi estis cruciatibus sempiternis. Hoc autem dicitur iudicium comparationis, atq; isto modo omnibus est cōmune beatis iudicare, quādo per comparationē aliquorū alijs dānantur, quibus ad salutē vele adē vel potiora dona largitasunt, quæ neglexerūt, nec meliores inde effecti sunt. Alio modo dicitur iudicare approbatu, quādo sancti approbat sententiā latā à domino, & omni cū reverētia proclamat: Iustus est dñe, et rectū iudicium tuū. Omnibus etiā beatis hoc modo iudicium proferre, cōmune est. Et sic dicitur Sapientiae cap. 3. Indicabūt sancti nationes. Alio modo dicitur iudicare pro sessione: cū quis sedente iudice, sedet & ipse in loco eminenti: quod ita apostolorū est propriū, quanquā adhuc session illa apostolica iudicaria ultra sessionē eminentē denotat sententiā latā à iudice auctoritatē, post quā ab ipso prolatā fuerit, alijs etiā promulgandā fore per illos. Et isto singulari modo dicitur beatis apostolis: Sedebitis super sedes duodecim. Ecce eminentia loci & honorē sedis, iudicātes duodecim tribus Israel. Id est, omnibus palā faciētes, quā in stè & recte Iudei damnantur, quibus missū est verbū Dei. Cū omnibus sanctis iudicabunt beati apostoli cōparatiū & approbatu, sed sedere & sententiā à iudice latā in notitiam aliorum proferre

proferre, solis apostolis concessum est, & voluntariæ paupertati verè sequentium Christū. Quod virg. maxima etiam sit iustitia, cū sessio hęc promittitur voluntarie pauperiati verè sequentium Christum: non autem paci, aut pacientiæ, aut castitati, vel alicui ceterarū virtutū. Adeò enim qui omnibus renunciauit, & nihil amplius concipiuit liber est animo, vt nullo possit modo in aduersam iustiæ partem flecti: & qui verè sequitur Christum, adeò diligit veritatem, vt nunquam ab illa discedat. Quæ duo cum in iusto iudice magnopere desiderantur, & in beatis apostolis maximè reperiantur, tum & in illis qui spontanea paupertate verè imitantur Christum: propterea huic virtuti præ ceteris promittitur sessio & iudicium super duodecim tribus Israel. Ne autem quis opinetur, omnibus quise abdicauerint possessoribus, hanc sessionem & iudicium dari, sed tantum apostolis, & si quis eorum a sequutus fuerit meritum & consortium: continuo dominus subiicit, dicens: Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut Iorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitā æternā possidebit. Non dicit, sedebunt super sedes iudicantes: at qui, centuplum accipient, & vitam æternam possidebunt. Adiutoriae sunt in calce huius tractatus, iudicis recti virtutes. Haec sunt, veritatis amor, & nihil velle terrenum: defectu quarum, plurimæ proferuntur iniquæ sententiae. Quapropter principibus & quibus reipublicæ demandata est cura, nimium inuigilandum: vt feligant viros probos ad ius dicendum, quibus insit & veritatis amor, & diuiniorum respectio. Ceterum cum iudices laici uxores, liberos & seruos alant, ferè contingit, vt egestate penuria à coacti à verò iustiæ tramite abducantur. Proinde reges cohortari decet, vt stipendia iusta illis constituant, ne unquam penuria à verò discedere compellantur. Tales profecto viros, Ietro consulebat Moysi eligere, qui populicasas definirent, Exo. 18. cap. dicens: Prouide autem de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore. Quatuor virtutes requiri in vero iudice ostendit Ietro. Prima est scientia, ne ex defectu iuris oberrret, & inquam profrat sententiam. Secunda est, Dei timor. Nam quantumcunque scientia abundet index, nisi Dei timor adsit, ad iniustitiam facile commouebitur. Qui enim mendacij delectatur, nunquam mentiri verebitur, quemadmodum lingua, ita pariter & scripta sententia. Quarta est, & qui oderit auaritiam: quod ita dictum accipe, vt non modo index non sit auarus, sed vt auaritiam etiam abominetur & fugiat, ne unquam muneribus corrumpatur, & peruersum iuditium proferat. Inuigilent ergo Christiani proceres tam ecclesiastici quam seculares, vt tales habeant iudices, si velint à iusto verissimi iudicis domini nostri Iesu Christi iudicio liberari: cui cum patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in eternum. Amen.

### Tractatus primus in XX. cap. beati Matthæi.



Vum tanta dominus illis pollicetur, qui parentes, fratres & agros relinquent propter nomen eius, intulit: Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi: ac si diceret, hoc modo multi sanctorum noui testamenti erunt in præmio primi, & multis sanctorum veteris testamenti erunt nouissimi.

Quoniam

Quoniam illi relinquentes omnia præferentur antiquis possidentibus omnia, et si cor de puro: Perfectius quippe est, omnia pro Christo actu relinquere: quā possidere omnia corde puro: Dicitur si affluat, inquit David, nolite cor apponere. Hæc nāq, erat gratia priscorū sc̄torum: Diuites fure Abrabā, Isaac, Iacob, Job, David, & plurimi alij, habuerūt q̄d uxores: ceterū omnibus bene vtebantur, & sincero corde possidebāt, & plurimis bonis vacabāt. At qui viri perfecti in nouo testamento, omnibus reieclis & pauperes pro Christo effecti, illi soli adhæret nibil q̄ arbitrantur se habere præter Christū dñm: Ideo q̄ primo collocantur loco. Ad manifē stationem igitur huius prædictæ sententiæ adducit dominus hāc præsentem parabolam, in qua ostendit iustissime agere cū his nouissimis, si eadem præmia illis reddat in breuissimo tē pore, quæ spectauerunt iusti Abel usque in illum diē: & hoc præhabito parabola planarereditur, quæ multipliciter à plurimis explanatur: Simile est, inquit, regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cū operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stātes in foro ociosos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam: & quod iustū fuerit dabo vobis. Illi aut abierūt. Iterū aut exiit circa sextā, & nonā horā, & fecit similiter. Circa vndecimā vero exiit, & inuenit alios stātes, & dixit illis: Quid hic statis tota die otiosi. Dicūt ei: Quia nemio nos cōduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineā meā. Cum sero aut factū esset, dicit dñs vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedē, incipiens a nouissimis usq; ad primos. Cū venisset ergo qui circa vndecimā horā venerāt, acceperūt singulos denarios. Venientes aut & primi, arbitrati sūt quod plus essent accepturi: acceperunt aut & ipsi singulos denarios. Et accipiētes murmurabāt aduersus patrēfamilias, dicētes: Hī nouissimi vna hora fecerūt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pō das diei, & estus? At ille respōdēs vni corū, dixit: Amice, nō facio tibi iniuriā: nonne ex denario cōuenisti mecum? Tolle quod tuū est, & vade: volo aut & huic nouissimo dare sicut & tibi. An nō licet mihi, quod volo, facere? an oculus tuus nequā est, quia ego bonis sum? Sic erūt nouissimi primi, & primi nouissimi. Non habent quid huic parabolæ obiectat Lutherani, cū homines mercenarij sint laborantes & operantes, non aut desides & ignavi credentes. Voca operarios, dixit paterfamilias Tales enī Christus credentes quærerit, qui operētur: at quē illis retribuitur merces, nō otiosis. Optime aut ad literalē quē dicimus sensū vinea ecclesiæ typū gerit: & ille horæ dicūtur mūdiætates, in quibuscēdūt & sancti vocatisūt. In die aut prima hora dicitur quādō sol oritur, tercia verò, tribus deinde decursis horis: quæ more Hispanico dicitur hora nona. Sexta in meridiē cōputatur. Nona, hora est tercia post meridiē. Vndecima aut vna hora est āie solis occasū. Hora igitur prima ad sensū parabolæ, ī quo à saluatore īducitur, est prima ætas: quæ decurrit ab Adā usque ad Noe. Tertia, à Noe usq; ad Abrabā. Sextaa, b Abrabā usque ad Moyse. Nona, à Moyse usq; ad aduentū dñi. Vndecima à Christo dño usque ad finē mūdi. Alio etiā modo ānumerantur mundi ætas, & horæ huius parabolæ. Prima mūdi ætas fuit ab Adā usque ad Noe. Secunda, à Noe usq; ad Abrabā. Tertia ab Abrabā usque ad Moyse. Quarta à Moyse usque ad David. Quinta à David usque ad Christū dñm. Sexta à Chri-

sto dñō vſq; ad mūdiexitū. Horæ aut̄ parabolæ modo supra dicto dicuntur, quoniam dñs in  
ōni t̄pore excoluit vineā suā, semper operarios misit, semper suos sc̄tōs edidit. In ūni nēpeāta  
te vocauit suos, & sua gratia iustificauit: & quot sc̄tōs ecclesia reddidit, quasi tot palmites  
ptulit. Porrò cū sc̄tī vſq; ad Christi aduētū multis curisdisturbarētur, possiderēt q̄ terrena,  
nimis erant anxij cū Christū veluti prospicerent à lōgissima veniente regiōe: qui etiā exuti  
hac corporali vita nō Deū videbāt, priusq; Christus dñs in cruce moriens denariū visionis di-  
uinæ illis redderet. Sctis enī post Christi dñi mortem statim redditur diuinæ visio fruitioq;,  
dūmodo expiati ūnino ex hac vita discedat: alioquī in purgatorio expiatur. Illis aut̄ de qui-  
bus agit parabola, quis cūlīcet sp̄retis ac relictis omnibus Christū dominū se quuti, & pro vi-  
ribus imitat̄sūt, denarius cōtinuo datur. Labores sigitur diuturni t̄poris patres portātes, &  
diei & aestus legis tot ceremonijs tot q̄ p̄ceptis onustæ iugo adacti, cū vident ḡetes creden-  
tes, aduersus patrēfamilias murmurabāt, disceptātes ob eā causā cū beato Petro eo qđ p̄cep-  
cepisset baptizari Cornelij & domū eius, qui erat ex gentibus, vt traditur Acto. 11. his ver-  
bis: Audierūt aut̄ apostoli, & fratres quierāt in Iudea, quoniam & ḡetes receperūt verbum  
Dei. Cū aut̄ ascendisset Petrus Hierosolymā, disceptabāt aduersus illū quierant ex circūci-  
sione dicētes: Quare introisti ad viros p̄eputiū habētes, & māducasti cū illis? Multa namq;  
admiratiōe repletis sunt Iudei, cū audiēt ḡetes ad fidē vocatas circa vndecimā horā, & pa-  
rcer fieri illis qui portauerūt pōdus diei & aestus. Ceterū cū beatus Petrus illis exponeret,  
quēadmodū sp̄ūs sc̄tūs venerat super Cornelij & cæteros ex ḡetib⁹ audientibus verbū, ta-  
tuerūt & glorificauerūt Deū, dicentes: Ergo & gentibus p̄enitentiā deit Deus id vitā?  
Quid aut̄ dicerent sc̄tī patres in lībo, si audirent vocem dñi ad latronem, dicentis: Hodie me  
cū eris i paradiſo? Illa erat vox expectata: & super oīa a sc̄tīs desiderata: quā prius audiuit la-  
tro, quā sc̄tī ab initio mūdi procreati. Cōsultō dixi, audiuit latro, & nō suscepit: quoniam dñs  
horanona expirauit: & sc̄tōs patres in lībo illū diuinæ visiōis denariū ab initio seculi expe-  
clātes receperūt, latrone adhuc viuo i cruce existēte, vſq; quo illi et socio fracta sūt crura. Qui  
cū expirauit & si modico t̄pore laborauit, cōtinuo factus est denary visiōis diuina obiectua, aliud aut̄ pro  
graduali, iuxta illud qđ dñs ait: In domo patris mei mansiōes multæsūt. Et quēadmodū, in-  
quit beatus apost. Paulus, stella differt claritate ab alia stella, sic & resurrectio mortuorū  
quoniam denarius tantū sumendus est pro visione & fruitione diuina, nō pro modo videndi  
& fruendi, quo vñus differt sanctus secundū merita ab alio. Sic igitur prout p̄dictum est:  
Erūt nouissimi primi, & primi nouissimi, gratia domini nostri Iesu Christi: Cui cum patre  
& sp̄itu sancto est honor, gloria, & imperium in æternū. Amen.

## TRACTATVS SECUNDVS.

In XX. cap. beati Matthæi.

**Q**uoniam quādoq; cōtigit in ipsa etiā euangelica lege, aliquē sero cōuersū tanto rapi-  
seruore, tantūq; bonus opibus infudare, vt coēquari mereatur à iuuētute segniter  
operāti, merito p̄dicta parabola ad hoīum vocationē moraliter adducitur. Sūt igitur, qui  
a primo ratiois initio in vineam vocati veniūt cōuersi ad Deū, voluntq; bene viuere & one  
malū vitare. Sūt rursus alij, qui i iuuētute oībus sp̄retis, religionē aliquā app̄batā ingre-  
at. Sūt etiā qui media etate hora sexta, & qui nona, & qui iam fenes vndecima hora vo-

canit

cantur ut à malo recedant, p patrem familiās mittūtur in vineā. Tātumq; aliquis iam decre  
pit vna hora pōt operis impendere, qd per totā vitā deside laborāti qui portauit pōdus dī  
ei t̄ aestus, & quētūr. Qua ppter hanc superbire licet, qui primo mane in vineā veniūt, nec  
desperare, qui iā senes vineā cōperūt excolere: adeo siquidē possūt in senectute cumulo bo-  
norū operū abundare, vt cæteris à iuuentute operantibus coæquentur. Magna igitur Dei  
puidentia & quissima iustitia fit, dum tempus nō tantū attenditur, quinetiā ad præmiū cō-  
putatur opus. Da igitur quisero cōversus es, & in vineam dñi soleiā occidēte venisti, tot elee-  
mosynas in vno anno, quot alter quā diu vixit: tot itē ieunia totq; orationes multiplica, tot  
te flagellis afflige, & sic idē facies, idē tibi reddetur præmiū, & eris in nouissimis primus, et  
primus erit nouissimus. Nullū ergo ociosū vult pater familiās habere seruū. Propterea ōni  
hora exiens quotquot reperit, ad laborandū cōducit. Mercenarius verò qui nō laborat, præ-  
miū seruī sibi retribui falso expectat. Nemo enim quisq; tam est ipudens, qui ab illo denarium  
postuleat, in cuius opus nunq; manū admouit. Vnde & beatus Iob hōis ōnimodam vitā cōple-  
tens ait: Et sicut mercenary dies eius. Mercenarius siquidē operis & laboris mercedē capit,  
in quo magna clementia Dei est consideranda. Nam si mercenarius propter opus sibi inū-  
clū qd in suū ipsius cōmodum vergit, pmiaretur à patre familiās, magna illius profecto effet  
liberalitas. Sic cum dñs operarios tanq; mercenarios recipit, & oīa quæ fecere in vnius cu-  
iusq; operantis vtilitatē cōuertit: nec ideo dñs ōnipotens dūtor est factus aut potentior, sed ip-  
se homo laborans inde redditur glorioſior. Magna vtiq; clementia Dei id factū est: magna q;  
& inexhausta mīa eius ostenditūr. Sic nāq; & ipse ait: Cū fecerūtis oīa quæ præcepta sūt vo-  
bis, dicite serui inutiles sumus: qd debuimus facere fecimus. Licet igitur oīa præcepta custo-  
dias, licet exēmū habites, & corpus ieunij & vigilijs affligas, seruū inutilis es: quoniā nibil  
horū in vtilitatē dñi vertitur, qui nullius eget: sed in tuū ipsius incōmodū cedit. Nec enī  
qui seruū misit in agrū, quot sulcos vertit, quot glebas cōterit perscrutatur, vt vberius illi  
præmiū reddat, sed quoniā seruū eius est vīctū illi tribuens operibus satisfacit. Dñs verò no-  
ster cum seruī sumus, opa attendit, muneratur & pmiat: & cū nostris nō egeat oīa in nostrā  
vtilitatē quæ opati sumus cōuertit. Propterea pater familiās ait: Redde illis mercedē. Vnus  
quisq; nāq; (ait beatus apostolus Paulus pri. Cor. 3.) ppriā mercedē accipiet secūdū suū labo-  
rē. Et cū gratia Dei siā bona opera nostra meritoria, ipse dñs Deus apponit gratiā, & mer-  
cedē reddit merecarijs. Nec enī si nō effet opera nostra libera premiarentur, nec sine gra-  
tia effent meritoria ad præmiū consequēdū. Pater enim familiās oēs hos à prima vīq; ad vno  
decimā horā vocavit, & oībus laborantibus pmiū redi iussit, qd appellauit mercedē: in ma-  
gnā hæreticū cōfusionem negantiū operū bonorū meritū, et pīssimi Dei donatā mercedē.  
Omnis igitur ex hoc euāgeliō ad laborem vocamur, incitamur ad opus, docemur q; bonis ope-  
ribus mereri vitā æternā. Siue igitur puer existas, postq; ad ānos discretionis pueneris, siue  
adolescens hora tertia, siue iuuenis hora sexta, siue vir hora nona, siue senex hora vndecima  
sumeligonem, vade in vineā dñi, labora bona opera, eaq; multiplica: ne q; te hæretic⁹ quisq; de-  
cipiat, nec persuadeat sine labore & bonis operibus aliquē saluari posse. Voca operarios dicit:  
nō aut̄ eos qui vacuā ab operibus fidem tenent: at q; oīino extinctā: sed operarios voca & red-  
de illis mercedē. Vade igitur in vineā dñi & opa charitatis multiplica. Nā in via hac nō p-  
cedere, retrocedere est, inquit beatus Bernardus. Si filij tibi sunt, curua illos à pueritia, eos

in vinea operari doce. Nunq̄ eorū inueniatur manus sine sarculo ad opandū: vt semper operibus intēdat adolescētes, iuvenes, viri & enes. Boni sint ōnes & vigilantissimi operari: quādo dñs iubet operantibus reddi denariū diurnū, dices: Voca operarios, & redde illis mercedē. Suspecta etiā oībus si hora vocationis eorū. Cū sero aut factū esset dixit dñs vi næx p̄curatori suo: Voca operarios. Quid si ut promissū redderet, vocaret citius? Pro inde vnuſquisq; vigilet, quoniam nec diē nec horā scimus. Sentētia Dei incōcussa manet: In quacūq; hora comedēris ex eo morte morieris. Quādo enī cuiq; sit excēdū ōnino incertū est, vt de incerta hora suspectiores reddamur: cū in ōni ētate, ōni die, ōniq; hora ad excēdū possumus cōpelli. Nec enim arbitriū nostrum expectandum est, nec cū volumus exiemus: sed qua hora nō putatis, filius hominis veniet. Numerosa amarū copiā fore sibi fingebat ille, de quo habetur *Luc. cap. 12.* cuius vberes fructus ager attulit, dices: Quid faciā, quia nō habeo quo cōgregē fructus meos? & dixit: Hoc faciā: destruā horrea mea, & maiora faciā, & illuc cōgregabo ōnia quae nata sunt mihi, & bona mea, & dicam aīe: Anima, habes multa bona positā in annos plurimos, requiesce, comedē, bibe & pulare. Dixit aut illi Deus: Stulte, nul lo alio nomine eū magis dignum iudicauit dñs, qui sibi ānos plurimos vitæ annumerauerat, quām isto ignominioso stultum vocās. Stultus quippe caret rationis vſu, ab omnibus irridetur, a pueris insequitur, atq; ipse omnes lapidibus impedit. Stulte, hac nocte āiam tuā repenteat à te: quae aut parasti, cuius erunt? Ecce quo clauditur fine hæc labilis vita, & natura hoīs vitrea. Ob vitæ igitur incertitudinē, & violentæ mortis suspitionē paterfamilias omni hora operarios ad vineā suam vocat, excitatq; ad opus: ne quisq; vacuus bonis operibus vbi ad discretionis annos peruererit, reperiatur, ne & hinc vacuus exiens, in stultorū locū vacuus cōsiciatur. Iā igitur à domino satis præmoniti in vinea eius nunq; nō laboremus, et bonis operibus exerceamur: vt cū sero sit factū, nobis vera merces donetur. Quod vni post decenū, alteri post vigesimū, alijs post centesimū seu quadragesimū annū vel etiā amplius cōtingere potest. Vnuſquisq; suū habet solis occasum, & tūc illi sero iam fit cū morte præuentus amplius operari nō valet. Denarius merces est, vt vnicā diuinitatē ostendat: & si tres sint diuinæ ac semper beatissimæ trinitatis p̄sonæ, in visione diuinæ essentiæ oīs nostra merces posita est. O diuinissimū p̄miū, o inenarrabile donū, o inestimabile preciū: Quis enī laborē fastidiat? quis se lassum dicat? quis operari negligat? cū audit dñm ipsum ūnum bonorū nostrorū operū futurū præmiū? Videbimus eū sicuti est, inquit beatus Ioānes. Et beatus apost. Paulus: Videmus nūc per sp̄eculum in ænigmate, tūc aut facie ad facie. O quādo id videre licet? quādo frui dabitur? Pater, quos dedisti mīhi, volo vt vbi sū ego, & illi sint meū: vt videant claritatē meam, quam dedisti mīhi. *Io. 17.* Verbo vīso videtur & pater: Philippe, qui videt me, videt & patrem meum, *Ioan. 14.* Videtur & sp̄iritus sanctus, qui ex patre filiō procedit, vnuſ in essentia Deus: Cui est honor, gloria, et imperiū in æternū Amē.

## TRACTATVS TERTIVS.

In XX. cap. beati Matthæi.

**F**It cū primis cōuentio denarij diurni. Secūdis verò qui hora tertia vocatisunt, & tercij qui sexta, & quartis qui nona ait dñs: Quod iustū fuerit dabo vobis. Ultimis verò vndecimæ horæ nibil amplius additur quā: Ite & vos in vineā meā. Quoniam iustis qui nunquā peccauerunt post suscep̄tum baptismum, cōventionis præmium redditur, quod pollici-

est dominus iustis donare, seipsum scilicet, quemadmodum et in lege naturae dictum est. Abrahæ, Gen. 15. Noli timere Abrahā, ego protector tuus sum, et merces tua magna nimis. Conuersis autem dicitur. Quod iustū fuerit dabo vobis. Iā prope mortē conuersis nihil aliud dicitur præterquam. Ite et vos in vineā meā. Oibus tamē datur ī fine diuina merces obiectualis. Ceterū ut vnum quisque cognoscat quod sibi datur a Deo, ut iusto iustitia: cū his conuentio fit. Conuersis et sero venientibus pénitētia, oibus vero misericordia: a cuius gratia efficitur, ut iustus et pénitētis iustificetur, et sero conuersus saluetur. Gentes, inquit beatus apostolus Paulus ad Rom. 15. Sup̄ mīa honorate Deū, sicut scriptū est: Propterea cōfitebor tibi in gentibus dñe, et nomini tuo cantabo. In oibus his iustitia attendēda est huius patris familiās vicē Dei gerentis. Quoniam et si mīa v̄sus est magna, vocās oēs in vineā suā: quādo primos et nouissimos euangeliū vocatos dicit, cōtinuo cōventionē facit cum primis, et iusta illis reddit retributionis mercedē. Ceteris tertiae, sextae, et nonae dicit, Quod iustū fuerit dabo vobis. Ultimis nihil promittit, quoniā illos tali hora vocare, abundatissima et ineffabilis, rara tamē mīa est. Inquit beatus Augustinus: Saluatur latro in hora mortis, ne desperes: et unus est, ne præsumas, et te in peccatis putrescere usq; in horā mortis finas. Cū autem quod iustū fuerit dare patrem familiās audimus: quid iustū dabitur superbis, inuidis, incontinentibus, homicidis, adulteris, latronibus, detraetoribus, et similibus? Iustū promittit dñe, et terribilis es, et quis resistet tibi? In his perseverantibus relinquitur secundū beatū apostolū Paulū ad Heb. 10. terribilis quædā exspectatio iudicij, et ignis emulatio quæ consumptura aduersarios. Ceterū una peccatoribus, si conuersi fuerint, spes relinquitur iustitiae Christi: quemadmodum et beatus Iob cap. 6. cū iniustiae argueretur a primo loquente sibi amico, dixit: Vt inā appendetur peccata mea, quibus iram merui: et calamitas quam patior in statera, quasi arena maris haec gravior appaseret. Si in cruce dñi statera facta corporis peccata nostra appendatur, loge maior fuerit iniustitia eius, quam iniustitia nostra. Tunc enim appendetur, cū vnuquisque a via sua mala conuersus crucē suam operibus penitentiae habulauerit, et secutus fuerit dominū: et per iustitiam Christi liberabitur, qui factus est nobis a Deo iustitia, sanctificatio et redemptio, secundū apostolum pri. Cor. 1. Et David sic dominū excorat bis, Psal. 30. et 70. In te dñe speravi, non confundar in æternum: in iustitiam libera me. Domino Deo nostro secundum beatū Tho. pri. par. quæs. 21: nō illas virtutes tribuimus, quæ sūt moderatrices et regulatrices passionū: non temperantiam qua moderantur appetitus ciborum: nec mansuetudinem, qua moderatur ira. Dominus enim non irasci actu, sed effectu irasci dicitur, quoniā punit. Has et alias si miles non ad signamus in Deo: ut etiam iustitiam cōmutatiū quæ est directiva cōmutationis. Haec enim dirigit emptiones, cōmutationes, collocationes, debitorū solutiones, et mercenariorum et seruorum retributiones. Dñs namq; nullus est debitor, atq; ideo illi non attribuimus iustitiam commutatiū: et si ex debito gloriā reddit, id tamen, quia est debitor sibi, nō autem nobis. Sibi inquam: quoniam sic suā statuit, sua pietate voluit, sua magnificētia reddit, sua liberalitate donat, sua largitū gratia. Et cū coronat merita nostra, inquit beatus Aug. nihil aliud coronat, quam munera sua. Ipse redimit, ipse largitur gratiam, ipse denarium gloriae donat. Est et alia iustitia, quam dicimus distributiū, quæ est directiva bonorum communium in particularibus: prout sunt ecclesiastica beneficia, officia publica, et honores. Et quoniam dominus Deus sua dat debito modo rectissimo, absq; vlla personarū

acceptione habere eū dicimus iustitiam distributivam. Verū enim uero omnibus his modis loquendi omisſis, dñs noster ipſemet iustitia, ipſe misericordia, ipſe bonitas, ipſe & veritas est: iustus honorū dator, & distributor iustissimus, & laborū præmiator & quidam. Semel inquit Dauid, locutus est dñs: Duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi domine misericordia, quā tu reddis vnicuiq; iuxta opera eius. Omnibus igitur in vinea laboratibus mercede iustum retribuit & pietate refertam: quandoquidē primis dans id quod sponderat, ceteris quoq; eundem denarium largitus est. In omnine mētate si attendas, & iustissime præmiantem & punientem videbis. Suscipitur Abel iustus: & tali decoratur à Christo nomine: A sanguine, inquit, Abeli iusti, Matth. 23. Punitur deinde Cain fraticida. Saluatur Noe iustus. Diluvio perit nequissimus mūdus in secunda ætate. In tertia vero Abrähā, & Loth in se saluatur ab incendio: Extinguitur ab omniā dæ Sodomorū vrbes. In quarta ætate eripitur Moyses cū populo Israelitico ab Ägyptiaca seruitute. Tyrannus Pharaon demergitur cū curribus & equitibus suis in mari rubro. In quinta liberatur Dauid à potestate Saul, itidem ab Absalon persequente. Occiditur Saul: & Absalon ex arbore suspensus cincinis tribus trahit figuratur iaculis. In sexta ætate hora iā undecima gentilitas suscipit fidem, & Christū agnoscat dñm, & Iudæi increduli puniuntur: Hierusalem dissipatur, templum funditus euertitur, & usq; in finē perdurabit desolatio, id Daniele prænunciāte ca. 9. Demū Iudei impij per universum orbem disperguntur: Vides aequitatem Dei. Vides retributionē omniū. Oculis tuis igitur considerabis, & retributionem peccatorum videbis. Boni & conuersi non desides velut Lutherani, sed in vinea domini operantes præmiantur, iniqui in impietatis meritis perdentes puniuntur. Attendant proinde quibus populorū cōmissa est gubernatio, quāta iustitia in sibi subditas gentes agere est necessarium, quando tam iustū habent iudicem Deū. Non enim illis fas est in distributinam peccare iustitiam tribuentes officia indignis. At in peius profecto incident iudicium, qui beneficia præcipue curam animalium habentia indignis conferunt. In commutationibus autem talem habere oportet vigilatiam, ne fraudentur paripes debita mercede: ne quisquam in bonis suis vim patiatur: Ut vnicuiq;, quod suum est tribuatur, & tales iuri dicundo viri præficiantur, ut omnibus liceat cum pace & tranquillitate sua retinere, oppidaque & viæ à prædoniis incursum libera sint. Quoniam iustus paternilias omnia prospicit, omnibusq; ex aequo ius administrat: bonis quidem denarium tribuēs, inquis vero infernum. Attendant quod scriptum est: Per me reges regnant, per me principes imperant, & potentes discernunt iustitiam, Proverb. 5. Et beatus apostolus Paulus ad Rom. cap. 13. Omnis anima potestatis sublimioribus subditas sit. Non enim est potestas nisi à Deo. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinatione resistit. Cum autem à Deo iustissimo ad gubernandos populos constituantur præfecti: si iustitiam polluerint, & in suis dominis contaminari admiserint, quod nam quæso iuditium in se à iustissimo Deo experientur: nisi illud quod pronunciauit Sapientia capit. 6. dices: Audite ergo reges & intelligite. Discite indices finium terræ. Præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data est à domino potestas vobis & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra & cogitationes scrutabitur, quoniam cum essetis ministri regni illius, non recie iudicastis, nec custodistis legem iustitiae, neque secundum voluntatem Dei ambastis. Horrende & cito apparebit vobis: quoniam iudicium dirissimum in his qui præsunt, fiet.

fiet Exiguo enim conceditur misericordia: potētes autem potenter tōmēta patientur. Non enim subtrahet personā cuiusquā Deus, qui est omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cuiusq; quoniam pusillū et magnū ipse fecit, & equaliter est illi cura de oībus. Fortioribus aut̄ fortior iustat cruciatio. Ad vos ergo reges sūt hi sermones mei: ut discatis sapiētā & nō excidatis. Qui enim custodierint iustitiā, iusti eū iudicabūtur: & qui didicerint iusta, inuenient quid respondeant. Voluntatis iustissimae Dei nostri plana hæc sūt testimonia:cuius tanta est pietas, ut nobis voluntatē suā apertissime pandat. Nā quæ oportet agere, saepe repetit: & quæ cauere debemus, saepe monet: ne nos vñq; eorū quæ vult obliuio capiat: quin potius timore iustitiae eius excitati, & ipsius bonitatis amore & premij sp̄e allel̄ti, in omnibus iustitiam custodiāmus, atq; bonis semper operibus gratia domini nostri Iesu Christi incumbamus: Cui cum patre & spiritu sancto est honor gloria & imperium in æternum. Amen.

## TRACTATVS QVARTVS.

In XX. cap. beati Matthæi.

**T**RIPLEX remediū ac documentū nobis huiusparabolælitera adulit, cōtratriplex inexcusable peccatorū genus. Sunt siquidē hac tempestate hæretici, qui falso sibi solafide salutem cōsequi glorianter, & ad se dominicæ passionis fructum sola fide trahere falso cōtentunt. Dominus aut̄ tanq; hos præuidens, oēs à se vocatos in vineā misit: & illos operarios vocat, & pro opere mercedē reddere iubet. Nō vtq; dicit: Ite in vineā meā, & credite me huius vineæ dñm esse: sed conductos illos ad operandū misit. Neq; cum sero esset factū dictū est: Voca credentes, qui sub umbra frondosæ vitis ab æstu quieuerent: sed inquit: Voca operarios, & redde illis mercedem. Operarios vult dominus, & operarijs mercedē tribuit. Non igitur sola fides absq; charitate operante mercedē æternæ retributionis alicui confert, nec fructū dominicæ passionis assequitur. Alij sunt peccatores, qui veritatem tenentes, & scientes quod sola fides nō sufficit ad salutem: eo qđ diu perseuerauerint in peccatis, impossibilis illis videtur salus. Ijs proposuit dominus quosdā vndeclima hora euntes in vineā, qui tota die ocio supermanerant: quibus & denarium donari iubet, quemadmodū etiam primis: tantū quisq; potest impendere laboris, totisq; viribus insudare in operibus bonis, vt ipse breui tempore ali mediocriter per longum tempus operanti, coæquetur. Cōsumatus in breui expleuit tempora multa, inquit, Sapi. capit. 4. Omnis igitur qui tardo gressu accessit, iam denuo totis viribus instet operando: sciens dominum, à nouissimis incipiendo qui vna hora fecerūt, retributionem dari præcipisse: qui & ipsi singulos denarios acceperunt quemadmodum & primi. Iustus namque dominus vnius cuiusque laborem pensat: Siquidem certissimum est, bos nouissimos nimium in illa, quæ illis supererat hora, laborasse: & à iusto patrefamilias ea de causa illis retributum denarium. Est & tertium peccatorum genus, qui ita ex peccandi consuetudine affecti sunt, ut nulla possint auelli ratione: qui & confitentur & corpus domini suscipiūt optimo proposito: affectus verò iterum illos in occasiōne peccati vel in ipsū peccatum facit incidere: ac quodam subrepticio modo labefactatur. His dñs mirabiliter in huius sacræ lectionis cōtextu medetur: quādo cū primis cōventionē facit, excitans illos ad laborē & cœteris dicit: Ite & vos in vineā meā: & quod iustū fuerit dabo vobis: vltimis vero, Ite vos in vineā meā. Oēs in vineā mittit, atq; oībus præmiū pollicetur, nisi vltimis: quasi dicat, opus

vestrum interpellabit pro vobis: adeoq; diligentes esse poteritis, ac tantū adhibere laboris, quod parem cæteris recipiatis retributionē. Cōsidera hic quāta sit huius herois prudētia, qui ab affectu ociosae vitæ ad diligentiae affectū traducit hominē. Nō enim prudenter agit, qui peccatorem obstinatū vi à malo abstrahit. Anima quippe mouetur affectu, amore graditur: Amor meus, pondus meū: illo feror, quocūq; feror, inquit beatus Aug. Affectus iste quadruplices est, consensu omniū & sc̄torū & philosophorū: videlicet gaudiū, sp̄es, dolor, & timor, prout supra diximus cap. 12. tractatu 6. Tu aut̄ quicunq; vis veterem cicatricem peccatiū rare, attendas primo necesse est, quo nā istorū affectuū seu qua passione duceris in peccatiū: ut pro ratione affectus, adhibeas oportuna: & efficacia medicamenta: alioquin reddetur difficultioris curationis plaga tua. Pater vtiq; iste familias prudentissimus omnes ad suam vineā vocat, omnes ad laborandū excitat. Addit etiam premium, dulciterq; illos attrahit ad iniunctum opus perficiendum. Præterea illud aduertendū est, affectus seu passioes istas animæ, quibus prolabitur in peccatiū homo, neminē radicitus euellere posse. Siquidē animæ insunt, nec diuelli omnino queunt. Proinde prudentis est obiectū simul & causā mutare. Quod si diuina id gratia fiat, mutabitur homo, & à malo recedet: incipiet q; diligere quod bonū est. Audi Dei nostri sapientiam infinitā: cum vellet ab Ægypto euocare populum suum, sciensq; illum rudē atq; carnalem nimiūq; esui ac potui deditum( quod & ostenditur cū statim egressi recordati sunt quando sedebant super ollas carnium in Ægypto, & comedebant panem in saturitate ) sic eos alloquitur per Moysem, Exo. 3. Dominus Deus patrum vestrorū, Deus Abrahā, Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me ad vos, vt educā vos de afflictione Ægypti in terram Chananei, & Ethæi, & Amorrhæi, & Heuæi, & Iebusæi, ad terram fluentē lacte & mele. Ecce quemadmodum dominus affectum non tollit vi, sed trāsfert à cibis Ægypti in terræ promissionis potiores cibos. Siccum Petrum & Andream, Iacobū & Ioannē, quierant pescatores vocaret, ait illis: Venite post me, & faciā vos fieri pescatores hominum. Non dixit illis: Constituā vos principes super omnē terrā: & Petro, faciam te vicariū meū in terra, sed solum trāsfert affectum à pescatione in pescationem, ne horreant neuē timeant, si in initio vocationis audiāt mirabile officiū apostolicū ad quod vocabātur. Sic & Maria Magdalene affectio amoris carnalis transmutatur in affectionē dilectionis diuinæ. Sic tu etiā me dice sp̄uālis quisquis es, si in peccatorē qui voluptatibus vacat incideris, nō illi tristitia statim abiicias: sed potius propone aliā sublimiore & dulciorē dilectionē: & exhortare vt experiatur, quā suauis est dñs. Delectabatur ante carnalibus: nūc delectetur delectatione mirabilis, quæ illi erit ex sumptione corporis dñi: delectetur creberrima peccatorū purissima cōfessione: delectetur largo lachrymarū imbre: delectetur oratiōe pura, & meditatione passionis Christi assidua, īsup et ineffabili gloria beatorū. Atq; ita veluti manu duct⁹ affectionē qua ad vanam mūdi gaudia trahebatur, in verā sp̄uāliū dilectionē cōmutabit. Si aut̄ sp̄e tenetur, mutet sp̄e in Deo vero. Nā bonū est sperare in dño, quā sperare ī principibus. Causa si peccator omnē suā sp̄e siue in principibus siue in bonis terrenis repositā habet, ne illū dimoueas ab hoc affectu: sed enitere vt trāferatur affectus, & dic: Ne sp̄e abiicias o peccator, nō tñ sp̄e rare decet in reb⁹ caducis, quēadmodū fecisti hactenus: sed sp̄era in Deo, qui nūq; ī se sp̄erāte cōsūdit. Audi quid apostolus dicat pri. Tim. vlt. Diuitibus huius seculi præcipe, nō sp̄erare ī incerto diuitiarum, sed in Deo vino, &cæt. Hic erit cōsiderāda beati apostoli prudentia:

Non

Non enim præcipit, ut reducat illos in mudi desperatione, sed ait: præcipe illis, ne spē fallantur ex incertitudine dimitiarū. Ostēde illis, quā sit incerta dimitiarū spes, quæ tandem reducitur hoc ad verbū, nescio. Si enim quæras: cui diuitias cōgregas & auare? liberis, respōdebit. Si rursum quæras: Scis ne illos fore superstites quando morieris? respōdebit, nescio. Scis ne an fur aut ignis seu dominus ruina, aut alius qui uis casus dissipabit, que congregasti? dicet nescio. Scis ne an filij cui uicaria die (ut iā demus post tuū ex hac vita discessū fore superstites) dilapidabūt, quæ tu tot annis cōgesisti? dicet nescio. Si igitur nihil eorū, quod de tuis bonis futurū est sciri potest: quin semper respōdes, & quidē verē, nescio: ne spē tuā colloces in incerto dimitiarū, sed illā transfer. Spē volo habeas, inquit apostolus, sed in Deo viuo, qui p̄estat nobis omnia abundē. Nec te pauperē volo, qui teneris affectū dimitiarū: sed dimitē fieri in operibus bonis. Sic dñus iuueni supra cap. 19. ait. Vende omnia quæ habes, & da pauperibus; & habebis thesaurū in cœlo. Nō tibi diuitias tuas adimo, sed cōmuta illas. Habebas in terra cōditas, recōde in cœlo. Habebas thesaurū in terra, habe thesaurū in cœlo. Si tibi peccator dīxerit: semper dolore afficior, quia nō possum patiēter ferre, ut me alius antecellat, quin et de bonis proximi doleo: nolo ut dolorem illi & tristitia adimas: sed in tristitia & dolore peccatorū cōmuta. Doce quantū hæc tristitia illi cōducat ex beato apostolo Paulo 2. Cor. 7. ita dīcente: Quæ enim secundū Deū tristitia est, salutē in vitā stabilē operatur: seculi autē iustitia mortem operatur. Doce ex Davide, quicū rex esset, ait: Lauabo per singulas noctes lecīē meū, lachrymis meis stratum meū rigabo, psal. 6. Si tibi peccator dixerit: Timeo valde homēnes: nā si voluero vitā gerere spiritualē, me tanquā hypocritā subsanabūt: nec enim hæc minima impugnatio est: adducito dominū nō tollentē, sed permutantē formidinē, qui dicat: Nā lit timere eos qui occidūt corpus, & amplius nō habēt quid faciat: sed potius timete eū, quæ potest animā & corpus mittere in gehennā. Herus igitur & Deus noster ad vineā operarios mittēs, illos ad labore inducit, ad vineā culturā puocat, mercede allicit: docet q̄ nos quēad modū nostrā, tū & peccatorū affectiones sint cōmutādæ: ne si velimus in alterā partē vino arte flectere, quos in directū volumus reducere ramos, frāgamus. Velit Christus dominus noster semper nos edocere in nostram & aliorum salutem: cui cum patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in ēternū. Amen.

## TRACTATUS QUINTVS.

In XX. cap. beati Matthæi.

**S**imile dicit regnū cælorū homini patrifamilias. Iā similitudines per saluatorē nostrū pōnūtur de regno cælorū: ut cū nouerimus verba, quæramus & regnū. De hoc regno loquamur, meditemur, tractem⁹: nec excusemur magnitudine rei, q̄n iā & in regnū aulis et in officiis fabrorū, & in agricolarū cāpis de regno cælorū agatur, & in regnū cælorū cestuet desideriū. Dicitur profeclō regnū, quādo dñs regnat in animabus: vnde illud Luc. 11. Peruenit in vos regnū Dei. Qua quidem in re regnū Dei est admirabile. Nā cū quis in externa proficiscitur regna, dicitur abyssē in regnū Frātiæ, vel in aliud quod uis: nō tamē venisse in illū Galliæ regnū recte dicetur. Ceterū cū regnū Dei prius in hominē veniat, quā homo in illud ingrediatur, optimē dicitur peruenire in nos regnū Dei. Tūc enim regnat in homine, cū anima illū suscepit per fidē & charitatē. Reges terreni in subditos regnāt per potentiam: raro tamen eorū voluntatibus dominātūr, quoniam non diligūtūr ab illis: at qui dñs nō ostro suus regnāt.

gnādi modus est: nempe totū sibi subjcere hominē, & in anima per amore se insinuare, & ab illa super omnia diligi. Quapropter regnū Dei prius in nobis venit, quā nos deueniamus in illud: quoniā dñs, qui est regnū nostrū, qui est bonū nostrū, qui est possessio nostra, venit in nobis, habitat in nobis per gratiā, diligiturq; à nobis per charitatē. Sic Luc. 17. dicit dñs: Regnū Dei intra vos est. Quando scilicet dominus in nobis habitat, tunc regnum Dei intra nos est. Nam si dum viuimus, Deū per gratiā suscepimus, atq; ita inuenierit nos hora mortis, ingrediemur in regnū Dei, in quo facie ad facie ipse conspicitur. In ecclesiam ergo militante peruenit regnū Dei per gratiā, ut ipsa perueniat in eternū regnū Dei per gloriam. Est igitur ecclesia militans tanquā domus nouorū militū, in qua edocentur exercere militiam spiritualem, ut in religionibus sacris: & in qua omniē p̄æliandi modū, aduersus hostes spirituales edocentur tyrones. In militante ecclesia habitū religionis Christianæ suscipimus, dū in baptismo alba contegimur ueste: Quicunq;, inquit beatus apostolus Paulus, in Christo baptizatus, Christū induistis, ad Gal. 3. Qui igitur tali ueste induimur, talem oportet vitā agamus, quæ tota referat Christū: & quæ nullatenus ab eius deuiet charitate. Sic venit in nos regnū Dei, ut sequatur. Proinde de hoc erga stolo carnis cū excierimus, regnū Dei in qua facie ad facie cernitur, ipse Deus sequetur. Igitur simile est regnū cælorū homini patri familiā: non vtiq; ait regi aut imperatori, sed patri: vt nouerimus, quæ nobis à Deo præcipiuntur, tanquā à patre præcipi: nihilq; tyrannicū eius continere præcepta: sed önia nobis tanquā p̄if simū patrem distribuere, öniaq; in utilitatem filiorū dirigere. Non igitur fingas laboris plena esse præcepta: ama, patrē, & omnia facile adimplebis: ama Christū, omnia tibi erunt suavia: dilige Deū, & omnis labor iucundus erit. Suaue nāq; iugū domini est, & onus leue: immo & amāti nihil est difficile. Non quasi nos dilecerimus Deū, inquit beatus Ioa. epist. 1. cap. 4. Sed quoniā ipse prior dilexit nos, & misit filium suū propitiatorem pro peccatis nostris. Hæc est enim charitas Dei, vt mādata eius custodiamus: & mādata eius grauia non sunt, inquit beatus Ioa. eadē epist. cap. 5. Mandata nemp̄ eius grauia nō sunt, siquidē qui vere amat onus reputat leue, & illi est iugū suaue. Pater etiam cū sit, grauia filiis non iniūgit, sed omnia plena dilectionis & charitatis sua via sunt & dulcia, prout David canit psal. 118. di- cēs: Quā dulcia faucibus meis eloquia tua super mel orī meo, à mandatis tuis intellexi. Amā datis igitur tuis intellexi, quod grauia nō sunt sed dulcia eloquia tua, præceptū suaue, & onus leue, dūmodo vera charitas adfit. Hic pater familias nemine inuocatū relinquit, omnes vult saluos fieri, omni hora exit, summa cū diligencia operarios in vineā suā quærit, inuentos mittit, et usq; ad vndecimā vocat, in quo eius ineffabilis cōmendatur benignitas. Cū vocavit Iudeos, vocavit etiā gētes. In omniē orbē terrarū misit apostolos suos, & vñquemq; nostrū nō semel & iterū imo sāpe vocat: in pueritia, adolescentia, ætate virilis et senectute. Nāquā enim monere desinit, vel cōpellere beneficijs, vel excitare infirmitatibus, vel alijs mille modis vellicare vacantē, dūmodo mentis aures adhibeamus, & vocē eius percipiamus, qui nunquā desistit omni die vocare. Circa horā vndecimā reperit ociosos quos dā: quanquam forte nemo existimat se ociosum, cū se viderit mille curis agi, distrahi, atq; discipi: tamen ociosū dicitur, quicquid ad æternā vitā minime cōducit, vel quod ad aliquid animæ utile minime conuerti potest. Nā quemadmodū tu cū cernis puerulos occupatissimos in domūculis fabri- sandis, ex laterum & tegularum fragmentis communutis, suppositaq; arundine velutie quo-

huc

hoc atq; illuc discurrere illos ociosissimos iudicas, quāquā ip̄si sibi occupatissimi videātur: sic  
 profecto cū nos tēporalibus valde intētos, nihilq; interim de cælestibus cogitātes paterfamilias  
 cernit, ociosos tota die indicat, & si nos occupatissimos existimamus. Itanāq; Prouer. cap.  
 primo Sapientia nos vocat paruulos, & infantū opera nos usurpare afferit his verbis: Sapie-  
 nia, inquit, foris prædicat, in plateis dat vocē suā, in capite turbarū clamitat: vñq; quo paruuli  
 diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia, cupient? Inquit beatus Bernardus: Non  
 ītū ociosus est, qui nihil operatur: sed etiā ociosus est, qui cōtinuè laborat, nichilq; tū inde lu-  
 eratur. Cū igitur actus nostri qui nō sunt peccatū, nec sunt actus in differentes, vt cōfricare  
 barbā, scalpere caput, & huiusmodi, qui referri possunt ad bonū finē, aduertēdū est semper,  
 & populus à cōcionantibus & à cōfessariis edocendus, vt omnia in Deū referant, nihilq; fa-  
 ciat absq; consideratione. Idē à doctōribus in scholis discipulis suis sēpe inculcandū est. Bea-  
 tus nāq; apostolus Paulus sic suos edocebat Corinthios, dicens pri. epistola, cap. 10. Sine ergo  
 mandatis sine bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriā Dei facite. Sic fiet vt in finē di-  
 eiretribuatur denarij merces bene in vinea laborātibus, quod vtiq; maxime expetendū est:  
 Nā quid prodest viuere, nisi detur semper viuere? Quid prodest esse diuitē per ānos centū,  
 & in inferno pauperē in æternū? Dives ille epulo, de quo meminit beatus Luc. cap. 16. qui  
 quotidie epulabatur splēdide, & induebatur byssō & purpura, cuius vitæ tempus tacetur,  
 quid illi per tot annos profuit in delicijs viuere? quū mortuus guttā aquæ ad refrigerandam  
 linguā flāma cruciatus à Lazaro petiit, quæ in æternū non dabitur ei. Quid prodest omni  
 dominari orbi, & in æternū sub diaboli pedibus cōculari? Dominus noster pater misericor-  
 diarū semper nos vocat, & in vineā mittit. Præsto laborātibus adest, vt mercedem reddat:  
 nec vniuers horæ spatio laborantē despicit, imò & denariū mercedis tribuit. Nō ergo abuta-  
 mur Deinostri misericordia, nec obduremus aures ipso clamante, nec obduremū corde ipso  
 vocante. Sed eius audiētes vocē, illico reuertamur, atq; illi in omnibus, prout par est, obtēpe-  
 remus: qui largissimus retributor est. Rex erat David, ōnibusq; à tergo relictis, Psal. 26.  
 dicebat: Vnā petītā dño, hanc requirā, vt inhabite in domo domini ōnibus diebus vitæ meæ.  
 Et vidē volūtate dñi, & visitē templū eius. Hāc vitā David postulauerat, & hāc requi-  
 rebat, ōnia sua dirigēs in rectū finē, sciens ōnem actū mortale à fine sortiri speciē: quemadmo-  
 dū sp̄eculatiūnū à principio, secūdū philosphorū praxin. Nec vna hora dicit vel vna die, sed Arist. 7. Ethic.  
 ōnibus diebus vitæ meæ. Nec sanè cuiquā vitalōga videatur: nā breuis admodū est, habetq;  
 intrinsecā à se maliciā: cū nō simul viuitur per centū annos, sed successiū per breuissimam o-  
 mēta tēporis vita discurrit. Solū nobis adest momētū vñū: alterū effluit, vt succedat sequēs.  
 Idq; cū acquiris, recessit quod erat præsens, & sic deludimur: adeo vt cū extrema hora deue-  
 nerit, qui vixit per centū annos, vñū se momentū arbitretur vixisse. Sic Jacob ingressus Ä-  
 gyptū, cū à Pharaone interrogaretur, Gene. 47. Quot sunt dies annorū vita tuæ? respon-  
 dit: Dies peregrinationis vita meæ centū triginta annorū sunt, parui & mali. Paruos dixit  
 annos, quando in momento ōnia concluduntur tēpora: malos propter immensos labores, quos  
 secum tanquā inundans flumen vita omni hora defert. Igitur sumentes voluntatis nostræ  
 ligonem, laboremus in vinea domini, vñusquisq; prout accepit à domino: vt cum dies extre-  
 ma venerit, detur nobis denarium beatificæ visionis & fruitionis gratia domini nostri Iesu  
 Christi: cui cū patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternū. Amen.  
 Tra.

TRACTATVS VI.  
TRACTATVS SEXTVS.  
In XX. cap. beati Matth.

**R**epetuum nō semel, in sacro sancto domini euangelio antidotū cōtineri, sufficientissimū remedium ad diluendā omnē prauitatem hæreticā. Nam cū Deus omniū futurorū sit praeognitor, sciensq; oīa quae ventura erant aduersus sanctā ecclesiā suā: eam sufficier munit cōtra omnem hæresim salubris doctrinæ clypeo & armatura. In hac igitur parabola decē euertit hæreses, quae quodāmodo dici possunt omniū hæresum fontes. Ceterū cū sint homines, secundū beatū apostolū Paulū ad Titū cap. 1. quilibet catholici circa fidē videātur, tamē factis repugnat: Verbis, inquit ille, cōfitetur se nosse Deū, factis autē negat, hos in calce erroris cuiuslibet coarguemus, ut legēti hæc detur vtriusq; notitia. Primus igitur error est idolatrarū plures Deos cōstituētiū, quorū multiplex impugnatio & cōfusio habetur per beatū Aug. lib. pri. 2. & 3. de ciuitate Dei. Hūc errorē mirabiliter cōfundit Christus, cū vnicū patrē familias inducit, & vnicā vineā: vt ones nouerint, vnu esse Deū, & vnicā sanctā ecclesiā eius sponsam. Ait enim: Simile est regnum cælorū homini patrifamilias, qui exiit primo mane cōducere operarios in vineā suam: nō dixit: simile est regnum cælorū hominibus patribus familias, qui exiere operarios conducere in vineas suas. Sic & alibi: Simile est, inquit, regnum cælorū homini regi, qui voluit rationē ponere cū seruis suis: non hominibus dicit, sed homini regi, semper vnitatē deitatis signās, & vnu patrē familias cunctorū creatorē & moderatorē. Hūc moribus sequuntur errorē, qui Dei beneficiorū obliiti, non vnicū virtū, sed plura sequuntur vitia: vt sunt periuri, illusores, alea tēpus & substantiā disipates, adulteri, vinolēti, irati, superbi, quiq; ex uno in alterū se præcipitātes peccatū vñq; ad ima inferni discurrūt. Secundus error fuit Aristotelis nostri philosophi, qui posuit mundū à Deo ab ēterno fuisse creatū: cū hoc tanquā problema reliquerit, dicens pri. Topic. Sūt aliqua problemata diæctica, de quibus rationes nō habemus: vt vtrū mundus sit ēternus. Hūc errorē cōfundit dominus, dicens primo mane exiisse patrem familias. In tempore siquidē productus est mundus: quādo in principio creavit Deus cælū & terrā: & finem habiturū hominum genus denotat, dū ait: cū sero autem factum esset, præcepit procuratoris suo, dicens: Voca operarios, & reddite illis mercedem. Hūc autem errorē moribus imitātur, qui nulla præhabita cōsideratione oniā in iustē cōgregant, possessionem possessioni, agrū agro, vineāq; vineæ superaddētes: ac si hæc terrena principio carerent & fine: de quibus Esai. apertissime ait cap. 5. Væ quicō iūgitis domū ad domū, & agrū agro copulatis, vñq; ad terminū loci. Nūquid habitabitis vos soli in medio terræ? In auribus meis sunt hæc, dicit dominus exercituū. Nisi domus multæ desertæ fuerint grādes & pulchræ, ablq; habitatore. Tertius error fuit Epicuri & eorū qui illū sequuntisunt, negantiū mundū istū inferiorem, à diuina prouidentia gubernari, sed tantū superiore. Quod dñs aperte cōfundit, quādo pater familias exiit primo mane cōducere operarios ad vineā excolendā, tū & hora tertia, sexta, nona, & undecima: adeoq; oniā momento illi est cura de onib; istis inferioribus, vt nec foliū arboris cadat præter ipsius nutū. Hūc errorem moribus imitantur: qui aliena surripientes, sine famam, sine temporalia bona, nulla illos tangit de restitutione cogitatio, audientes: Non dimitti peccatum, nisi ablatū restituatur. Dissimulant moribus q; afferunt, quod Epicurei & hæretici confirmant verbis, illud Iob dicentis, 22. cap. Supra cardines cæli ambulat, nec nostra cōsiderat. Hos cōfundit dominus,

nus, cū omni hora mittat operarios, nullū intermittens tēpus, quo nō vineā suā carā habeat.

**Quartus error fuit Manichæi statuetis duplex rerū principiū: vnū bonorū, alterū malorū.**

**Quintus error fuit Bigardorū, de quibus habetur in Clementina: Ad nostrā, de hæreticis.**

**Isti inter oculo maledictos errores debachatis sunt dicētes: in tantā quis posse deuenire viuens perfectionē, quod amplius mereri nō posset.**

**Hos expresse cōfundit dñs, cū mittat ḍni hora in vineā operarios**

**aprima vñq, ad vñdecimā vltimāq, diei horā: hac scilicet ratione docēs, posse semper augeri**

**meritū operanti.** **Hos moribus imitātur, qui se pro peccatis iā satis fecisse cogitātes segniter**

**nuūt. Ignorant etenim beatū apostolū Paulū de se dicentem pri. Cor. 4. Nihil mibi cōscius**

**sum, sed nō in hoc iustificatus sum. Et illud Ecclesiastes cap. 9. Sūt iusti, atq sapiētes, et ope**

**rae orū in manu Dei. Et tamen nescit homo, vtrū amore an odio dignus sit. Vigilantissime**

**igitur operari oportet, et in vinea dñi quoad poterimus insudare.** **Sextus error fuit Sabelij,**

**ponens vnā tātū personā in diuinis: quē cōfundit dñs, dū pater familias nō reddit mercedē**

**laborantibus, sed dicit procuratori suo: Voca operarios, et redde illis mercedē.** **Siquidē pater**

**omne iudiciū dedit filio, et ipse nō iudicat quenquā.** **Septimus error fuit Saduceorū negan**

**tiū resurrectionē, angelos et animas.** **Hos cōfundit dñs: Nā cū sero iā eſſet factū: hoc est, in ror.**

**mūdiſine, ſiue in vniuſcuiusq, obitu reddi laboris mercedē, et ſones in vltima diei hora cōgre**

**gariuſſit ad operū præmiū ſuscipien. dū.** **Hos imitātur, qui nimiū lugētes mortuos ſuos, nul**

**la illis eſt cura de animalibus illorū, nec in testamento legata adiplere ſatagūt.** **Quinimo Sa**

**ducieſ ſimiles lugēt cadanera, et nulla illis interī de aīabus eſt cura.** **Octau⁹ error fuit blasphemia Apellis hæretici, qui ſtultiſſime affeuerauit in ſua vnumquemq, posſe ſecta ſaluari.**

**Hūc cōfundit dñs, cū præmiū nemini ali⁹ iubet dari, niſi tantū aſe vocatis: et in vineā cūti-**

**bus, et vñq, ad poſtremā horā laborantibus: ut ſciāt ſones nemine extra ſanctā ecclesiā ſalua-**

**ri poſſe: nec præmiū ali⁹ quā laborantibus tribui.** **Nonus error eſt Iudeorū, qui in ſuis cere-**

**monijs et oneroſo legis labore exiſtimāt eſſe ſalutē.** **Quibus dñs ſecundū beatū Hilariuſ et**

**Chryſotomū, reſpōdit: Amice, nō facio tibi iniuriā: nōne ex denario cōuenisti meū?** **Diciste**

**portasse pōdus diei et ſtūs: at ego volo huic ex gentibus aggregato populo, quēadmodū et**

**tibi donare denariū.** **Sed audi: quoniā tu nō iā vocaris ad onus legis portandū à Deo, ſecūdū**

**voluntatē patris familias te viuere oportet.** **Habet vineā, habet filiuū vnicū, quē misit pro ſa-**

**lute omnīū, nō poteris ſaluari niſi in ipſius vinea.** **Vmea enim tua deſerta eſt, fecitq, labrus-**

**cas: nec dulces et ſuaues, ſed agrestes et acerbos racemos protulit, qui māducatiū dētes ſtupo-**

**re afficiūt.** **Vide quoniā ſic ſtatutū eſt per filiuū dari pmiū: nec aliud nomē eſſe ſub cœlo datū**

**boībus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi in nomine dñi noſtri Iefu Christi.** **Huic oēs pro-**

phetæ testimoniū perhibet, quod remissio peccatorū per nomen eius accipiāt. Si ergo circūcidimini, nihil vobis à Iudei proderit Christus: omnes sub vestræ iugo legis et ceremoniarū onere pressi cōcidetis, à vinea dñi et à laborātū in ea præmio exclusi. Nec tu quisquis es, si ne vocatione patris familias in vineā eas: vt hinc scias nō secundū tuā opinionē & errorē te saluari posse, sed cū per unicū filiū Dei carne induitū vocatus fueris. Ideò autē paterfamilias omni hora vocat operarios, vt nullus ex suo se arbitrio ingerat, sed secundū euangeliuū per legē & prophetas prædictū ingrediatur ecclesiā, præmiū recipiat: dūmodo bene usq; in fine operatus sit. Decimus error est Lutheranorū, qui sinē sacramētis & bonis operibus fide tantū ad se merita Christi trahere volūt, et sanctis & equiparari. Hostota hæc parabola cōfundit, cū omnes paterfamilias in vineā mittat. Ecce una vinea est, et una ecclesia sancta catholica, nō diuisa in Lutheranos, sed cōgregata, quæ permanet in catholicis. Oēs vult operarios esse paterfamilias, alias mercede non ex sola fide recipient. Voca, inquit, operarios: cæteros ergo excludit, cū tantū operarios vocari præcipit: & redde illis mercede. Ecce merces, ecce retributio operibus reddita. Nō dicit utiq: Voca credētes, sed voca operarios, inquit, & redde illis mercede, quā labore et sacramētis acquisiuere, bonisq; operibus promeruere gratia, dñi nostri Iesu Christi: Cui cū patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperiū in æternū. Amē.

## TRACTATVS SEPTIMVS.

In XX. cap. beati Matthæi.

**A**D quod opus isti in vineā cōducti sint: vtrū ad pastinādā, an ad vites putādas, sine ad palmes stipitib; subleuādos, in sacri huius cōtextus litera nō exprimitur. Quod forte dñs ideo fecit, eo nos admonere volēs, vt quantūcumq; poterimus operā in vinea vera, quæ est ecclesia, impēdamus: nihilq; pro salute nostra facere recusemus: quin operi, quod se pri mū nobis obtulerit, modo sit Deo gratum, manum adhibeamus. Vel ideo dominus opus vineæ supprimit: quod sunt diversi status in ea laborantiū. Nonnulli nāq; religionis voto astri eti sunt: alijs vero clerici & prælati: multi etiā cōiugati, & à matrimonij lege soluti: Quibus omnibus in vinea dñi laborare expedit. Et quanquā nō oēs eadē possint, vnuquisq; tamen prout valet, & secundū cōditionis suæ modulū operā impenderet enetur, modo velit mercede denarij diurni præmiari, iuxta illud apostoli Petri: Vnusquisq; prout accepit gratiā à domino in alterutrū illā administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Hunc denariū omnes pro diuina visione & fruitione arbitrātur intelligendū: quod vnu est è duobus maxime animā erigēs à terrenis. Duo nāq; præcipua sunt, quæ animū hominis ad cœlia ducunt, alterū incarnatio & passio filij Dei: alterū verò diuinæ visionis & fruitionis cōsideratio. In his duobus penè oīs diuina scriptura versatur, spōdens Deū futurū hominē, suoq; sanguine redēpturū genus humanū, quod iā factū est: tū & hominē per gratiā Christi adep turum æternam in gloria felicitatem. Hoc reuelatum fuit Adæ in sopore illo, cū è costa eius dominus fabricaret Euam: licet ignorauerit, qua ex causa Deus earnem suscepturus esset, secundum beatum Thomam. Hoc & Abrahæ significatū est in immolatione filij sui Isaac: quū viuo Isaac remanente, aries in vepribus cornibus hærens offertur in holocaustū. Nec immerito beatus Aug. & bea Hierony. saepe contendunt promissiones illas terræ Chanaonū, plus esse existimandas cœlestes, quā terrenas. Siquidem terra Chanaā, quam dominus possidēdā Iudeis tradidit, ab idololatriis occupabatur. Egreditur populus ab Ægypto mirabilibus

rati  
 ian  
 s, si  
 e te  
 ilias  
 rle  
 fine  
 tan  
 dit,  
 ica,  
 esse  
 ergo  
 ri.  
 ib.  
 nos  
 ne.  
 ad  
 rete  
 na,  
 oni  
 vi  
 tri  
 us  
 en  
 de  
 mi  
 nc  
 or  
 les  
 si  
 q  
 pa  
 us  
 c  
 ec  
 ne  
 in  
 33  
 rabilibus signis & prodigijs. Colūna enim ignis nocte ducitur, et interdui colūna inubis. Dātur illi & coturnices & māna ad saturitatem: & aqua de petra prodijt ad bibendū: quæ omnia maiora porten debant, quā solam habitationem terræ Chananaeorū. David rex erat Israēl & totius promissionis terræ, & clamat: Satiabor cū apparuerit gloria tua, nec se regno satiatū prædicat terræ fluentis lac & mel: sed tunc faciari se exstimat, cū apparuerit gloria domini. Et idē alibi ait: Regnū tuum regnum omnū seculorū. Et, Beati qui habitāt in domo tua domine: in secula seculorū laudabunt te. Et Iob cap. 36. inquit: Annūciat de ea amico suo, quod possessio eius sit, & ad eā possit ascendere. Super hoc expauit cor meū, & motum est de loco suo. O Iob, nū expanes sterquilinū in quo iaces? nū & vulcera & paupertatē miraris, quib[us] eterna die diues & sanus eras? Nihil ita mirandū arbitratur Iob, quā quid annunciet dñs amico suo: quōd possessio eius sit ipse Deus, & quōd ad illā possit peruenire beatitudinē. Super hoc expauit, inquit, cor meū, & motū est de loco suo. Mortui enim estis, inquit beatus apostolus Paulus ad Colos. 3. & vita vestra abscondita est cū Christo in Deo. Et dñs seruo bono ait: Intra in gaudiū domini tui. Hæc cōsideratio maxime eleuat cor à terrenis, et collocat in excelsis: iāq[ue] huius denarij diurni contēplator illuc ascēdere cōcupiscit, vbi sperat sine fine facie q[uod] ad faciē contēplari oīniū cōditoris & redēptoris: vbi nullus dolor, nulla infirmitas, nulla egestas sentitur: mō omnia lēta, oīa sana, oīnia ingentiū diuinarū cumulis sunt repleta. In quo autē felicitas hæc cōsistat, dñs sēpe repetiuit, dicens: Pænitētiā agite: appropinquarebit enī regnū cœlorū. Ecce locū, in quo se dignatus est dñs beatis apostolis ostēdere: & vīta eterna possidebūt, inquit, supra cap. 19. hi nēpe qui propter eius nomen oīa reliquissent. Et infra ca. 25. dū agit de vltimo iudicio, ait: Ibūt in suppliciū eterne, iusti aut in vitā eterne. Capite autē Ioa. 12. iā explanās hæc vita eterna quæ sit, inquit: Si quis mibi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister me⁹ erit. Cōstat autē Christū dñnum beatū esse a primo sue beatissimae incarnationis momento, semperq[ue], frui diuinitate: cui est vīta humana in vītate suppositi. In visione igitur diuinitatis & fruitione beatitudinē nostram cōsistere, minime est dubitandū. Eadē verba dixisse narrat bea. Ioa. cap. 14. dicens: Etsi abiecto, & p̄parauero vobis locū, iterū venio, & accipiā vos ad me ipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Ecce iterū repetit accepturū illos ad se, vt vbi ipse est, & ipsi sint, in visione scilicet & fruitione diuinitatis. Quod adhuc tertio ostēdit manifestissime, prout idē beatus Ioa. tradidit cap. 17. Pater, inquit, quos dedisti mibi, volo vt vbi sum ego, & illi sint meū: vt videat claritatē meā, quā dedisti mibi, quia dilexisti me ante cōstitutionē mundi. In visione igitur diuinæ essentiae & diuinarū personarū fruitione cōstat cōsistere beatitudinē. Videmus nūc per sp̄culū, tūc facie ad faciē: nūc cognosco ex parte, tūc autē cognoscā sicut & cognitus sum, inquit beatus apostolus Paulus pri. Cor. 13. Et beatus Ioa. Epist. 1. cap. 3. Charissimi, nūc filii Dei sumus, & nōdū apparuit quid erimus. Scimus quoniā cū apparuerit, similes ei erimus. quoniā videbimus eū sicuti est. Decimo Ethic. dixit Arist. vñū, quod in hoc mūdo terreno reperiri nō potest, cū ipse agere videatur de terrena felicitate: Felicitas, inquit, est, quæ nullius rei indiget: sed est per se sufficiens, & in otio videtur cōsistere, & in eo quod est optimū. Nullus est in hac vita homo: qui quātūcunq[ue] dñetur orbi, sit per se sufficiens, vt nullius egeat, & in eo cōsistat quod est optimū. Quod proinde est ac si diceret, in Deo quod est optimū oportet felicitatē cōsistere. Nec enī appetit⁹ ī tota natura hominū frustrari pōt, q[uod] oīs cu

pimus esse beati: omnesq; idololatræ suam expectat in futurum felicitatem, quā falso sibi promittunt, cum & ipsi false credulitati, falsa ex & quo respondeat & inanis felicitas. Cū rigitur à natura sit, ut volatilia volare appetant, ut etiam pisces natare & animalia gradiri, minimeq; in his frustretur natura: ita & homines natura appetunt beatitudinem: quam necesse est haberi in futuro seculo, cum nullibi in isto reperiatur, in qua homines, qui illam meritifuerint, collocentur, & qua appetitus humanus satietur & conquiescat. Est etiam considerandum, quemadmodum omnia quæ sunt in natura, suo principio adiungi cupiunt. Quo sit cum terræ centrum sit omni graui inferius, nullum esse graue, quod non collocari in centro appetat. Quod si aperiretur per diuinam potentiam aliquis in terra hiatus, usq; ad eius centrum: quodcumq; graue descenderet, nusquam quiesceret, quo usq; illud pertingeret. Idq; etiā docet experientia: nā quantumcūq; altū puteū fodias, in quem paruum dimittas lapidē, hanc dubio ad finem usq; perueniet: & si iterum altius fodias, etiam ad putei ima descendet. Idem iudicium habetur de igne, qui cupit ad usq; sphærā ignis si posset pertingere: & quæcumq; leuis in sublimi appetunt collocari. Itaq; anima cum sit spiritus, naturaliter appetit supremo spiritui, à quo creata est, adhaerere: nullaq; illi interim erit requies, nisi cum ad illum peruenire licebit. Beatus apostolus in Epist. ad Hæb. cap. 12. inquit: Patres carnis nostræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos: an non multo magis obtemperabimus patri spiritui, & uiuemus? Patrem spirituum vocat Deum. Sic & bea. Ioannes refert dixisse dominū Samaritanæ, cap. 4. Deus spiritus est. Appetitigitur anima, dum recto intellectu vtitur, (quod dicimus propter damnatos) summo spiritui, qui Deus est, coniungi. Nam ut volatilia volare gaudent inque sublime ferri, & natatilia aquas sulcare: ut etiam grauibus naturale est ferri deorsum, leuibusq; sursum, itemq; vt aquæ omnes in mare vadunt, ita & anime quibus notus est Deus, feruntur in illum desiderio libero & naturali, quodamq; intrinseco appetitu. Quibus licet omnes spiritus cœlestes ad fruendum tribuas, non erunt beatæ: quoniam adhuc illis quod maius est deficit: pater scilicet spirituum, vi inquit beatus apostolus, qui est Deus: quoniā omnis in illo requiescit spiritus, & perfectissima fruitur felicitate. Ex parte autem Dei felicitas in altera vita esse ostenditur, cum videmus iuxta illud Abacuc, cap. pri. Quoniam respicis contemptores, & taces concilcantem impium iustorem se? Et David psal. 92. Quam bonus Israel Deus, ijs qui recto sunt corde. Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei. Quia zelauis super iniquos, pacem peccatorū vides. Prospere igitur agut in hac vita plurimi iniqui, tribulanturq; ferè homines p. Cūque Deus omnipotens sit & in stissimus, non utique in ista vita tribulationibus bonos afficeret, et inquis terrena bona suppeditaret, si non vice versa in alia vita bona iustis & mala iniquis retribuerentur. Sic Luc. cap. 16. diuiti in inferno iacenti dicitur: Fili recordare, quia receperisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nūcautem hic consolatur, tu vero cruciaris. Quod autem hæc consistat felicitas, & denarius hic diurnus in diuina visione & fruitione, iam sat is ex diuina scriptura ostensum est: dummodo omnes intra vineam domini sacrosanctam, videlicet intra matris ecclesiæ gremium persistamus: extra quam non est salus: dummodo, inquam, omnes ociosam fidem non habeamus, sed laborantem & per charitatem operantem. Sic fiet, ut hora mortis instantे detur nobis æternæ retributionis denarii gratia dñi nostri Iesu Christi: cui cū patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

Tracta-

In XX. cap. beati Matthæi.

**D**omi verba, quæ ultimo prædicta sunt loco: Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi: subsequuntur hæc: nempe, Multi sūt vocati, pauci vero electi. Quæ à plurimis diuersimode interpretantur, quorū interpretationes lōgū esset repetere. Quod tamen literæ propius videtur accedere domino sugerente dicemus, nihil aliorū sensui detrahētes: Vnusquisq; namq; proprium donū habet à Deo. Cæterum ad horum verborū clariorem interpretationē meminisse oportet, quod eandem sententiā dominus intulit, Matth. 22. cap. cum ageret de illo rege, qui fecit nuptias filio suo, & seruos suos misit vocare inuitatos, qui nolabant venire. Et iterum misit alios seruos, & inuitati abierunt, aliis in villam suam, aliis vero ad negotiationē suam: cæteri seruos eius occiderūt. Tunc rex iratus perdidit homicidas illos, & ciuitatē illorū succedit: & dixit seruis suis: Nuptiæ quidē paratæ sunt, sed qui inuitatierant, nō fuerunt digni: Ite ergo ad exitus viarū, & quoscunq; inuenitis, vocate ad nuptias. Quod & fecerunt serui: & impletæ sunt nuptiæ discumbentium: fuit qd; ibi, rege intrante ut videret cōiuinas, quidam nō indutus ueste nuptiali, qui & damnatur: concluditq; dominus similitudinē eadē sententia qua cōclusit parabolā de vinea, dicens: Multi enim sūt vocati, pauci vero electi. Cum hæc īducta similitudo de Iudeorū vocatione perspicue agat, quorū ob malitiam & peruicatiam adductæ sūt gentes ad nuptias filij Dei, quas homo factus celebravit cū ecclesia sancta sua: cōclusio illa: Multi sunt vocati, pauci vero electi, non potest referri ad vnum duntaxat hominem non indutum ueste nuptiali, qui solus est respectu tāta multitudinis. In illo igitur tantummodo designatur, eum qui nō habuerit charitatē, licet omnimodā fidem habeat, expelliforas. Nec enim in uno homine potest verificari sententia: Multi sunt vocati, pauci vero electi. Restat igitur verificanda in illis, de quibus est sermo: hoc est, de Iudeis. Qui toties per legem vocati, & per prophetas, deniq; per ipsum metūlum Dei ad nuptias renuerunt venire, præterq; pauci quidā ex illis, de quibus vere dicitur: Multi sunt vocati, pauci vero electi. Ita etiam in hac parabola vineæ, quam dominus inducit, adhanc ipsam sententiam, quam ipse protulit, manifestandam. Erunt primi, hoc est Iudei, nouissimi: & nouissimi, venientes ex gentibus, primi. Illud quoq;: Multi sunt vocati, pauci vero electi de Iudeis accipiendū est: qui totiens per legem admoniti & per prophetas vocati, venire contempserunt. Nec sine dolore id dominum pronunciasse, credendum est: qui videns ciuitatem Hierusalem fleuit super illā, dicens: Quia si cognouisses & tu, & quidē in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies, in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te: & coangustabunt te vnde, & ad terram prostercent te, & filios tuos, qui in te sunt: & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationistuæ, Luc. 19. Hæc est ciuitas, quam dominus signi succedendam ait, Matth. 22. capit. Cumq; in fine similitudinis ad nuptias vocatorum, addit: Multi sunt vocati, pauci vero electi: de istis primis vocatis (postquam dominus in fine parabolæ conclusit: Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi) accipienda sententia est, cui etiam continuo hæc à domino coniungitur: Multi sunt vocati, pauci vero electi: maxime vero cum eadem repetit post inductam similitudinem vocationis Iudeorum, & obstinationis, & electionis gentium, dicens: Multi enim sunt vocati, pauci ve-

De p̄desti-  
natione relo-  
lutione

ro electi. Alium autem quem reddat hæc verba sensum, haud sentio: præsertim cum verba domini accipienda sint, secundum propositum, ad quod ab eo ipso, qui æterna est sapientia patris, inducuntur. Quod ex præcedentibus patet: siquidem plerique ex gentibus propter Christum omnia deserentes varijs martyriorū coronis totam ecclesiam condecorarūt. Nec desunt ad hunc usq; diem qui omnibus quæ possident abrenūtiatis, inter sacrarum religionū claustra Deo se addicant: atque hinc uissimi sunt primi. Velle aut̄ hæc verba domini: Multi sunt vocati, pauci vero electi: flectere in omnem illam, quam dicimus de prædestinatione, disputationem: quomodo id fieri possit, non video: præcipue vero cū quidam ex his verbis dominii probare nitantur, maiorem esse damnatorum numerum, quam electorum. Nec enim sententiam, quæ vere ad literam de Iudeorū populo proleta est, ad tam profunda arcana Dei extēdere ausim, vt hinc affirmem damnatorum numerum ampliorem esse, quam electorum: cum hæc occultissima sint apud Deum. Audio enim beatum apostolū Paulum. 2. Timoth. 2. capit. prædicantem: Cognouit Deus, qui sunt eius. Et ad Roman. 11. O altitudo dinitiū sapientie & scientie Dei, quam in comprehensibilia sunt iuditia eius, & innestigabiles viæ eius? Quis enim cognouit sensum domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Et sancta mater ecclesia in quadam collecta secretageneralis missæ quæ à feria quartacinerum usque ad dominicam passionis exclusiū dicitur, ait: Deus cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus. Non igitur nobis datum est definire, an plures sint damnandi, quam saluandi: an plures sint reprobi, quam electi. In ipsa namque prædestinationis & reprobationis disputatione plures decipiuntur: & verborum gladijs saepè se intercidunt, alij alia proclamantes: eo quod actus approbationis & reprobationis actibus nostris similes opinantur. Ut autem omnis à nobis controuersia eximatur, & apud dominum misericordia & benignitas nunquam deesse existimentur, paucis de hoc agemus resolutorijs verbis. Si alicui homini Iudas proponeretur, antequam fuit proditor & damnatus: proponeretur & Petrus, & illi diceret: Vides ne hos vocatos ad discipulatum, & ad societatem Iesu Christi filij Dei? Eniste magistrum suum benignissimum est traditurus, & precio deuariorum triginta etiam venditurus: cumque saepè de criminis à Christo benignissime sit ad monendus, non ideo ab iniuitate desistet: quin scelere perpetrato laqueo sesuspendat, de mittissimi redemptoris desperans venia. Cuiusmodi quæfios, cui hæc ita simul essent proposta, de Iuda proferret sententiam: an non illico statueret, esse dignum mortis & damnationis æternæ? Ita sanè. Ceterum hæc apud hominem ex pluribus actibus: paulatim ac successiue cognitis esset proferenda. Primo namque Iudas cognoscendus esset: deinde opera eius in qua manifestanda, mox ut in angustia facti & desperatione commotus, mortem sibi laqueo vitro consciuit. His igitur ita cognitis, iam tum damnationis sententiam proferet. Deus autem unico in æternitatem hæc omnia comprehendit actu: nec in conspectu Dei, unū est præsens, alterū futurum: Sed omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Cum aut̄ corā Deo oīa sint simul: hæc quæ prædiximus de Iuda, pariter est volitio & sententia Dei inolētis ei dare vitam æternā, sed eū reprobatis in damnationē æternā. Hæc igitur quæ in nobis succedit, et alterū pendet ex altero usq; ad damnationē, hæc oīa simul sunt apud Deum, & corā illo fure sine principio: quæ in damnatis sūt per temporū successionē & interualla executioni man data. Nā prius creatus Iudas, mox vocatus à Christo, ac missus ad prædicandum & miracula faciendum:

faciendū: postea malicia sua & cupiditate nimia factus est proditor, deinde se suspendit, ac tandem in infernum descendit in æternum damnatus. Hæc quidē in tempore facta ab æterno ex præscientia semper sunt corā Deo. Quem ergo actū habeat Deus ab æterno in Iudā? ni sū illum, quē quilibet iustus homo habet per successionē in tempore? Non igitur, vt inquit beatus apostolus Paulus, iniquitas est apud Deum, ad Ro. cap. 9. eo quod Jacob dilexit: Esau autem odio habuit. Cum enim nondum natuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali (ut secundum electionem propositum Dei maneret) non ex operibus, sed ex vocante diētū est ei: Quia maior seruiet minori, sicut scriptū est, Mala. cap. pri. Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Hæc enim verba beati apostoli de natuitate in mundo accipienda sunt: & quod non ex operibus in uno quidem bonis, in altero vero malis, nondum alibi exhibitis. Ceterum omnia hæc, & Jacob & Esau, & utriusq; opera ante conspectum domini Dei ab æterno fuere: & Deus utriusq; opera æternaliter vidit, protulit q; simul voluntatē & indicium æternum, vt omnia simul uno actū videt, indicat, approbat, reprobatur. Idq; iustissime facit, retribuens ab æterno, quod homo iustus successu tporis, unū ex altero inferens ac deducens, faceret. Qui si tot sanctissima oya Petri, & pro negatione magistris sui pénitentiā, & demū crucis affixionē propter eundem consiperet, Petrum illico iudicaret præmio æterno dignum. Hoc facit Deus uno illo ac simplicissimo actū, quo illi ab æterno fuit omnis vita et exitus Petri notus. Illum vitæ æternæ præmio iudicavit dignum, elegit q; eum ante mundi constitutionem: & gratiam illi & omnibus electis tribuit, qua ipsi optime vñi sunt. Ideoq; dicit beatus apostolus Paulus ad Ro. 9. Igitur non volentis, nec currentis, sed miserentis est Dei: qui sua misericordia nemini in necessarijs deest. Qui enim damnatur, sua ipsius culpa damnatur. Gratiam enim negligit, & Deo vocanti aures obturat: vocationiq; resistit, ambulans vias non bonas. Qui tandem peccatorum onere pressus maxima se in tartarum ruinam præcipitat: quo Deus summe bonus, quem nunquam audiuit vocantem, præscivit eum venturum. Non igitur Dei præscientia ac reprobatio in causa sunt, vt damnetur iste. Siquidem Deo omnia sunt uno actū ab æterno nota & comprehensa: illamque simul volitatem habet, & ab æterno de unoquoque eam profert sententiam, quam quilibet iustus arbitratur in damnatos, & in bene gratia videntes electos proferet. Non ergo confundamur in præscientia Dei, cum a natura diuinitatis habeat omnia ab æterno noscere & præuidere. Sci entia enī æterni iuste dānat impios, ac iuste coronat pios. Voluntas eius iustissima bonorum est causa efficiēs: quoniā iustissimè & rectissimè vult, quicquid vult. Et sic vult istis dare vitā æternam, & illis damnationem æternam: videns simul omnia, quae acturi sunt bona & mala. Quinon successiū contuetur futura, vt nos qui prius cognoscimus, deinde volamus. Deus autē noster simul cognoscit, vult, approbat, reprobatur: unoquo voluntatis actibus ab æterno reprobatur, illos eligit. Ergo opera bona fac & vitam bonis operibus clade, vt ex numero sanctorum sis: Quem te talem futurū ab æterno vidit, elegit, & probauit gratia dñi nostri Iesu Christi: Cui cū patre & spū sc̄lo est honor, gloria, & imperiū in æternū. Amē.

## TRACTATUS NONVS.

In XX. cap. beati Matth.

**E**T accedens Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecimi discipulos suos  
 Tij secreto,

decreto, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymā, & filius hoīs tradetur principibus sacerdotū, & scribis; & cōdēnabūt cū morte, & tradēt cū gētib⁹ ad illū. dēdū, & flagellādū, & crucifigēdū: & tertiadie resurget. Sēper dñs sacratissime acerbissimae passiōis suae memoriam facit, volens vt perpetuo eius recordemur. Cū enim sem per haberet præsentes dolores & illusiones, quibus in passione sua erat afficiendus, saepe hæc discipulis repetit: vt annuntient mūdo, se sponte sua neci oblatū, cui erant omnia cognita: patiterq; vt omnes sciant, quo prætio redempti sint: & peccatores agnoscant, quanto sint supplicio digni, cū nō aliter à peccatis quā Christi morte liberentur: deniq; vt discant ones quā deceat à peccatorū sorde alienos esse, cū nō remittantur peccata, nisi præcioso sanguine agni immaculati. Instabat igitur tempus passionis domini, ideoque discipulis ventura prædicit: Et filius hominis, inquit, tradetur, & cæt. Hanc Iudæ traditionem prius enumerat, tanquam passionis futuræ initium, ac veluti nimis abominandū scelus: vt re uera erat à discipulo tradi magistrum. Prophetauerat iam diu de hac traditione David P sal. 54. ex persona Christi Iudæ improporans: Quoniam si inimicus meus, inquit, maledixisset mihi, sustinuisse vtiq;. Et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondisse me forsitan ab eo. Tu vero homo uanamis, dux meus & notus meus: qui simul tecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cū consensu. Sic & improporauerat precium vile spiritu sancto afflatus Zacha. 11. cap. dicens: Et appenderunt mercedē meam triginta argenteos. Et dixit dominus ad me, Projice illud ad statuariū decorū preciū, quo appreciatus sum ab eis. Nimirum Deum offendit, dum se peccator ab illo auertit, atq; ad minima transit conuer-

Auersioni à Deo poena dāni, conuersio ni ad creatur am poena sen sus respōdet. titur q;. Auersio aut ab incomutabili bono formale est in peccato: conuersio verò ad comutabile bonum materiale: Qua propter auersioni in inferno pæna damni respondet: Auersus à Deo: Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus est domini creatoris tui: recipere ergo in pæna autem sensus respondet conuersioni ad creaturam. Conqueritur igitur Deus de vili precio, quo eius filius à Iuda venditur, per Dauidem & Zchariam. Quid vero dicturus est illis, qui minus triginta argenteis peierant, blasphemant & irascuntur? Unusquisque attendat, dum Deum offendit per culpam lethalem, quoniam à Deo auertitur, & illi terga vertens, ad vilem creaturam conuertitur. Haud aliter quam si quis dum regem alloquitur, eo insalutato discedit, & ad aethiopem deformem conuersus, illum amplexatur applaudens: quin iterum vocante rege non modo venire contemnit, sed vultum etiam vertere deditur. Qui sanè magno dignus est supplicio: nempe ut ab aquila regis prociatur: deinde ut flagellis cæsus, quam diu vixerit, conspectu regis priuetur: ut qui Aethiopem adeo inepte Regi proposuerit. Quod si haec iure fiant, tempore rege despecto: cur non potius deteriora peccator mereatur supplicia omnium regis Deo neglecto? Vili pendulum traditionis Deus initio posuit: Filius hominis, inquit, tradetur. Et condemnabit eum morte. Mortales vitam ad mortem damnat, ad nostrā abolendam mortem, secundum vaticinium Osee 13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua ô mors, mors tuus ero inferne. Ea propter illam iam beatius apostolus Paulus vocat somnū, dicens pri. ad Thessa. cap. 4. Nolumus vos ignorare fratres dormientibus, ut non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent. Sic enim mortuus induitur à puellis, dum cædis ac tormentoruminis à tyrannis terrentur: Quin ita despexere mortem.

Mors Christi vita fuit nostra.

mortem: ac si quis pelle serpentis paleis plenam conspiciat, sciens non sub pelle habitare serpentem, qui iam sit occisus: sed ipsius imaginem artificio ad similiari. Sic virgines sanctae, et quotquot fuere martyres, neglexerunt mortem. Quoniam a Christo domino mors mortua est: cuius tamen figura manet, cum oporteat nos debitum hoc persoluere. Quod iam gaudentes laeti reddamus, prout fecerunt beati martyres, & alij quād plurimi sancti, qui cupierunt dissolui & esse cum Christo, qui hilari vultu exceperunt mortem, laetati quoniam in dominum domini ibant. Ad illudendum. Illusiones dominus, cum sit sapientia patris, nimium sensit. Sapiens namque sentit illud: quoniam contraria est illusio sapientiae. Ad nostras igitur irrisiones & illusiones soluendas dominus in sua passione illuditur. Omnia namque peccata sunt illusionibus plena, quibus varijs modis decipimur & irridemur: ut omnino similia videatur illusionibus istis ac prestigiatoribus, qui cum aureum globum alicui tradant in manus: atque is aurum se habere cogitet, mox aperta manu acum seu papyrum reperit. Hunc ad modum peccator arbitratus se ex peccatis delectionis aurum habere, pro auro perpetuae damnationis chirographum, & acum, id est conscientiae morsum, qui animam eternaliter purgat, inueniet. Quod optime David insinuat, psalmo 39. dicens: Quoniam lumbi mei impletis sunt illusionibus. Illuserunt me, inquit, delectationes, quas cum viderer habere, nihil inneni aliud, praeter quandam illusionem, qua peccati reatu obstrictus sum. Quod & beatus apostolus Paulus ad Ro. 6. insinuat, dicens: Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestrae: sicut enim exhibuisti membra vestra seruire immundicie, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iusticie, in sanctificationem. Et Paulo infra: Nam finis, inquit, illorum, mors est. Quem enim fructum habuisti tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Ecce finis illorum illusio est. Expectabas ex avaritia vitam, accipe mortem. Expectabas ex delectatione gaudium, accipe mærem. Nam finis illorum mors est. Illusio ergo est: & nihil aliud habes in his, praeter quam modo habes erubescientiam. Illuditur igitur Christus dominus, vt nos a nostris eripiatur illusionibus. Et flagellandum: Vide, quoniam omnia in passione domini ignominia plena sunt & dolore: vt scias, summam ignominiam peccatum esse. Non enim tot opprobrijs redimeremur, si peccata ipsa non essent ignominia & opprobrio plena. Ideoq; in mortali decedens peccator, ignominioso carcere inferni recluditur, tanquam sceleratus ac facinorosus. Illusiones dominus patitur, & flagella? Flagella quippe ceduntur plebei homines & honore priuati. Dominus autem flagellatur pro nobis: Ipse autem, inquit Esa. cap. 53. vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre, super eum, & linore eius sanati sumus. Toto corpore dñs flagellatur, nullaq; pars remansit intacta, vbi non sanguinea aut luidida durissimorum flagellarum vestigia apparerent. Cum autem dominus toto corpore sit flagellatus, ac volens David gratiarum actionem rependere, ait ps. 34. Omnia ossa mea dicet, domine quis similisti? Quippe qui nensis omnibus super ossa extensis passus es dolores, dum flagellaris. In gratiarū vero repensione, oīa ossa mea laudabit te, & dicent: Dñe quis similisti? Eripies in opere de manu fortiorē eius, scilicet dæmonū: & genū & pauperem a diripientibus eum, peccatis scilicet. Et crucifigendū. En genus mortis ignominiosū: Non enim se decollari permisit, aut strangulari secreto: sed sibi elegit despiciatissimum mortis genus, ut nos a vilissimo & deiectissimo peccatorum statu liberaret. Nec solum supplicium maximis

plenum doloribus & abiectionis sum per pessus est, quinimo & inter ignominiosos latrones cruci affigitur, prout prophetauit Esai. cap. 53. dicens: Ecce sceleratis reputatus es. Qui continuo addit: Et ipse peccata multorum tulit. Ut etiam ait beatus apostolus Paulus ad Colos. 2. cap. Et vos cum mortui essetis in delictis, et praeputio carnis vestrae, coniugavit cum illo: donans vobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: & spolians principatus & potestates traduxit confidentur palam, triumphans illos in semetipso. Et tertia die relurget. Ecce quemadmodum spoliauit diabolus, & triumphauit de morte, & peccata abstulit & chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & die tertia victor resurgent: ut si amus quanta circundabimur gloria, si modicum quid patiemur. Domini passio per noctem durauit et horā Die in nonā, quae apud nos est tertia ferē post meridiē: in sepulchro quiuit per dies & noctes tres: Resurgēs autē a mortuis, ita nō moritur aplius. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autē viuit, viuit Deo, ad Ro. 6. Isto enim sine clauduntur diuina. Nā si pro Deo terrena spreueris, & cōmissorum pœnitētiam egeris, id quidē perficit breui: quod verò tibi reddetur præmium, in æternum durabit, & in æternum vitam viues beatam, in angelorum & sanctorum societate Deū aspiciens, & illo fruens perpetuo, gratia domini nostri Iesu Christi: qui tradidit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omnium. quitate, & mūdaret sibi populum acceptabilem, sēctatorem bonorum operum: Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

## TRACTATVS DECIMVS.

In XX. cap. beati Matthæi.

**T**unc accessit ad eū mater filiorū Zebedæi cum filijs suis, adorās, & petes aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic ut sedcant hi duo filii mei, unus ad dexterā tuā, & unus ad sinistrā in regno tuo. Religēs autē Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē, quē ego bibiturus lū: Dicū ei: Possumus. Ait illis: Calicē quidē meū bibetis: sedere autē ad dexteram meā, & sinistrā, nō est meū dare vobis, sed quibus paratū est a patre meo. Et audiētes decē indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autē vocauit eos ad se, & ait: Scitis quia principes gētiū dominātur eorū, & qui maiores sunt, potestate exercēt in eos. Nō ita erit inter vos, sed quicūq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit intervos prim⁹ esse, erit vester seruus: sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare, & dare animā suā in redemptionem pro multis. Quod autē beatus Marcus cap. 10. ait, Iacobū & Ioannē accessisse ad dñm postulantes, ut ad dexterā & sinistrā eius sedarent: idem cū eo est, quod beatus Matthæus dicit: nempe, quod accessit mater filiorū Zebedæi cum filijs suis. Tacuit autē beatus Mar. accessisse matrē. Beat. verò Matth. matrē & filios accessisse refert. Mater, inquit, filiorum Zebedæi cū filijs suis: Et quidem mater profilijs postulat, quod & ipsi perse à dño petiere, secundum beatum Marcū. Non nostris vñq; sensibus aut voluntati quicquam indulgendum est nisi adsit ratio, siue diuina scriptura dirigens nos. Ecce mater filiorum sequentium Christum & præcipitorum apostolorum: & ipsi tales filij, in eo quod postulant si-

bierrant. *Quis ergo unquam tanto audebit postulare quicquā?* Ex quo recte concludit beat<sup>o</sup> Thom. 2.2. quæst. 83. nihil temporale posse quenquā iuste à Deo absolute petere, nisi cum additamento, si velut: & si salutis animæ sit proficuum. Ascēdit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, Hier. 9. Sic per sēs us et volūtōes nostras īgreditur mors. Quo circā necesse est semper voluntati & sensibus, quibus ad deteriora prouocamur, cū rationis tum & diuinarum scripturarum adhibere libram. Si enim scires, per aliquā domus tuae fenestram, te sagitta aut taculo inimicū impediturum, hand dubium, quin summo studio id caueres: nempe ut æquum est, de salute & vita tua sollicitus. Appone igitur talem sensibus & voluntati seram, ne cupiditatis mors animā innadat. Accessit ergo ad eū mater filiorum Zebedēi, cum filiis suis, adorans & petens. Si princeps es, cū tibi aliquis adulatur, ea ue. Nā quemadmodum pīscator escam hamo apponit, non vt cibet pīscē sed vt extrahat: si militer adulator nō tibi, sed tuis extrahēdis bonis adulatioñis verba cōponit. Nō te laudat, vt tibi sed vt sibi & consulat & proficiat. Dic vt sedeāt hi duo filii mei, vnum ad dexterā tuā, & vnum ad sinistrā in regno tuo. Cum audissent dominū de sua passione & resurrectione loquentem: existimarunt illū postquā resurrexisset, temporaliter regnaturum, qua propter iure propinquitatis primas in regno eius postulat dignitates. Quibus respondet: Nescitis quid petatis. Propterea igitur quicquid petierimus, in diuinæ volūtatis smū projiciamus: nihil absolutè volentes, præter id quod dñō fuerit placitū: alioquin se pererrabimus & in omnibus decipiēmur, cū parum nobis constet, quid crastino futurum sit. Vnde & beatus apostolus Paulus ad Rō. 8. cap. ait: Similiter aut & spīritus adiuuat infirmitatem nostrā. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spīritus postulat pro nobis genitibus in enarrabilibus. Qui autē scrutatur corda, scit quid desideret spīritus: quia secundū Dēū postulat pro sanctis. Sit igitur omnis postulatio nostra Deo innixa, semperq; reseratur ad illum, & eo fine claudatur: Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra: Nec quod ego volo domine, sed quod tu. Atqui mūdani homines assuerarent recte hos apostolos petisse: quoniam ipsi præcipue cum Petro semper ad secreta vocati erāt fratres domini, nati ex sorore beatissimæ virginis: quibus secundū mundi legem præcipue sedes debebātur. Magno satis periculo sunt mundileges admissi. Siquidem homines ex communi quadam cōsuetudine maxime illasuentur, immo & virtutum nomine vitia sēpe occultant. Qui enim sordido quæstu, ne dicam rapina & v̄sura opes contraxit, industrium vocant: vt etiam prouidū ac diligentem, qui ad aliquod munus publicum siue honorem callide obrep̄sit. Sic homines dupli corde sapientes: Sic detractores & adulatores urbanos: Sic & iniuriam retaliantes, & quos nunquam malefactorum conscientia ad pénitentiam mouit, magnanimos ac fortes appellant: & vt semel dicam quicquid est vitiorum virtutis nomen adumbrat. Dominus autem & veritatis magister Christus nihil horum disimulat, immo ambitionis respondit: Nescitis quid petatis: & cæteros indignantes reprehendit, ne sub rationis prætextu & virtutis nomine aliquod adumbret vitium beatos apostolos: Nescitis, inquit, quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bībiturus sum? Inquiunt, possimus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis. Ecce quantum dominus bona tribuit voluntati: addit gratiam, ipsi vero liberum habere arbitrium denotantur, cum dicunt possimus, voluntate viisque & libertate parati bibere domini calicem. Dominus enim dum illis

calicem bibendum porrigit, gratiam bonae voluntati apponit. Quem calicem beatus Iacobus primus omnium apostolorum babit, dum ab Herode Agrippa martyrio coronatur, capite absiso, prout habetur Act. cap. 12. Eodem autem tempore misit Herodes rex manus, ut aligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. Beatus autem Ioa. in ipsa domini passione de calice satis bibit: deinde Romae in feruentis solei dolum missus a Domiciano, mortis sponte obtulit: domino vero aliter disponente est vase victor & non adustus evasit. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam, & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo. Non negat se posse dare, sed illis quibus paratum est a patre: in quo se unius voluntatis cum patre ostendit, & Dei filium: cui eadem est voluntas cum patre communis, quia dum postulatur ratione propinquitat is humanae, dare illis se negat ratione unius voluntatis divinae. Quemadmodum si a rege statueretur, eum magno quodam honore haberi dignum, qui aliquod in re publica memorabile beneficium contulisset: atque aliquis qui nihil unquam beneficium contulit magnum illum honoris sibi postulasset, recte illi respondebit rex: Non illum tibi possū concedere, sed cui destinatus est. Idque dicens non negat potentiam, sed pandit iustitiam: cum ille honor debitus sit beneficium Reipublica conferenti, quod iste postulans non contulit. Sic profecto dominus cum sit rex glorie: & dicat, dexteram & sinistram, id est potiora loca, & sublimiores sedes, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo: non utique potentiam negat, sed iustitiam praedicit. Hinc attendat quibus datum est honores ac dignitates in ecclesia siue in seculo distribuere, ne ambitione circumueniantur consanguineorum & familiarium: libereque respondeant, cum immeriti postulant. Nescitis quid petatis: Et, non est meum dare vobis. Sicque exemplo domini omnem adimplebunt iustitiam. Quod autem decem indignati fuerint duobus fratribus, eadem ambitio est: iam siquidem alias in via cumperent Capharnaum, prout habetur Mar. cap. 9. inter se tractauerant, quis eorum maiores esset. Non enim minima inter homines est honoris ratio, sed nulla est unius cuiusque meriticon sideratio. Vnusquisque se opinatur ceteris dignorem: nec modo aequalibus sed & praestantioribus quisque vult anteferri. Cumque honor sit virtutis premium, nemo sublimari virtute postulat: immo multi superbia & mani quadam iactantia ac tumida ambitione ceteris preterri volunt. Scitis quia principes gentium dominantur eorum. Hoc est, hominum ambitionis pessimum dñi ac deplorandum, cui tales subditis subjiciuntur, superbi, elati, cupidi inuidi, ac detractores. Quo enim se vertant reges, quo vultum flectant, quo figant oculos tali stipati ceterua? Omnes quae sua sunt querunt, & non est qui doleat vicem potentum. Qui enim maxime illos expilat: is inter ceteros felicissimus ditissimusque erudit: & qui maior est, in reliquos potestatem exercet, ue dicam tyrannidem. Non ita erit inter vos. Alium regendi modum atque aliam gubernandi legem adduxit euangelium Christi: Quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Eligite ergo nunc inter vos primatem, qui tamen futurus sit omnium seruus & minister. Videte, si hac lege dextra vel sinistra sit appetenda, & prima inter vos ambienda sedes. Quod & suo exemplo confirmans ait: Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animani suam in redemptionem pro multis. Si ego cum sim filius

filius Dei carne induitus omnium factus sum minister: & non qualisunque minister, sed aetiam meum pro multis daturus sum: vos hoc idem etiam obseruare debetis, facti omnium serui: & animas vestras dantes, non utique in redemptionem pro multis, quod quidem ad solum pertinet Christum: sed dantes illas pro Christo. Quod postea fecere beati apostoli gratia domini nostri Iesu Christi: Cui cum patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in eternum. Amen.

## TRACTATUS Vnde CIVIS.

In XX. cap. beati Matth.

**C**onsiderandum est in hac postulatione matris filiorum Zebedaei, quem admodum dominus se habet, respondens illis: Nescitis quid petatis, quoniam in ratione postulati & accepti, penè confunduntur omnia. Nempe si quis postulat concionandi copiam, cum sit indoctus, nisi illi dicatur: Nescitis quid petatis, & illi concionandi potestas fiat, quot quæsio ineptias & errores in audientium animos disseminabit? Si quis etiam ad sacram ordinem promoueri postulat, nec is habet sufficientem literaturam, si ordo ille sacer ei conferatur, band dubium quin exinde plurimos deficiens committet: maxime vero celebrans, & audiens confessiones. Siquis beneficium postulat, non habens scientiam ad animarum regimen, & ei beneficium conferatur, innumeris & seipsum & oues exponet periculis. Si quodcumque officium reipublicæ necessarium insufficiens postulet, & ei conferatur, plurimis rem publicam danuis afficiet. Quis sufficior præcipuum partem malorum, quibus hodie Christiana res publica conquassatur, ab iniustis postulationibus & iniustis concessionibus principum, tam ecclesiasticorum quam secularium, originem habuisse. Praeditus autem dominus Iesus iniustum horum postulationem, negatione postulati confutat, dicens: Nescitis quid petatis. Vnicumque omnes ex exemplo docet, quibus fas est dilectione ecclesiastica siue laica munera: ne aliquid insufficientibus & indignis conferant, sed inique postulantibus libere dicant: Nescitis quid petatis. Quando quidem iniuste petens atque iniuste conferens, peccato grauissimo afficiuntur: quin conferens plurimorum peccatorum causa existit, quæ ab insufficienti ad publica munera ascito in posterum sunt committenda, & illius errorum particeps efficitur. Quapropter beatus apostolus Paulus admonet Timotheum discipulum suum, ne facile ordinem sacram alieni tribuat, dicens pri. Timot. 5. Manus scito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Attendit etiam postulantes à dominis temporalia, simulata aliqua occasione & falsa, peccare: & teneri ad restitutionem, si dominus alias non est illi debit or, nec fuisse datus. Quod à doctoribus adnotatur sub hac forma verborum: Recipiens aliquid occasione ne habitudinis simulatae non existentis, alias non recepturus, fraudat donantem, & teneatur ad sic accepti munieris restitutionem, si illud alias sibi non est debitum. Ceterum aduentum est, quod non modo ad dandum dominus non est proclivis, quum iniuste postulantibus petit an negat: sed etiam quod iusta concedit: Calicem quidem, inquit, meum bibetis. Quod magnum est Dei donum, iuxta beatu apostoli Pauli sententiam, pri. ad Phil. 1. Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale & vidistis in me, & nunc auditis de me. Fecit dominus bona

Omnia sunt eis  
fusa, postular  
& accepti rati  
one.

Alex 4. par. q.  
86. & Gab. in  
4. dist 15. q. y.

bona sua communia, edocens nos, ut insta petentibus facile tribuamus. Quod si iniuste postulant, iniustitia refutata, aliud quiduis, quod inste donari possit, elargiamur. Terra namq; omnibus communis est: animantibus, & ratione præditis, fidelibus & infidelibus. Sol & pluvia communia sunt, & passionis Christi thesaurus omnibus, qui ad sanctam matrem ecclesiam venire cupiunt, patet. Ipsa dominica sacramenta sic administrantur agricolis quemadmodum & regibus. Nos vero contra omnia nobis volumus vendicare ac retinere. Quod quidem grauissimum est, & plurimorum malorum occasio. Legitur namq; Nu. 33. cap. quod filii Ruben & Gad habebant pecora plurima, & erat illis in iumentis infinita substantia: qui deprecatis sunt Moysem, ne illos cogeret transire Iordanem. Quibus respondit Moyses: Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnā, & vos hic sedebitis? Qui etiā parvulos suos & pecora dimiserūt in locis illis, & ipsi ad prælium ultra Iordanem progressi sunt: ne terram relinquerent, quā iam proprijs vīsibus vendicauerāt. Tanta est hominum praua cupiditas, adeoq; terrenis, qui vel illa possident vel cupiunt, conglutinatur. Nimiū namq; cogitatio potest, quæ nimis multa brevissimo tempore sibi proponit. Nec enim quisquam tantū possidere potest, quantū concupiscere, nectanta habere actu, quanta cogitatu. Sic etiam & py homines, non tot agere & exercere virtutes possunt, quot animo volunt. In puncto omnem subuertunt hæresim, omnem reformant ecclesiam, omnia à gentibus idola pellunt, ijdem sanctificant. & inter cœlestes cines adnumerant omnium hominū cœtum: cum penè paucos summa adhibita diligentia & grauissimis possint sceleribus dimoueri. Sūmus namq; artifex omnium horū discipulorū cogitatus sed auit, duobus fratribus dices: Nescitis quid petatis: & vice dexteræ & sinistræ sedis calicem passionis porrigit: accæteros indignatos reuocat, dices: Qui voluerit primus esse, erit omnium seruus, ut sic redactus superior in inferiore omniū vīsum, dominandi affectū compescat: & indignationi statim medetur, ne prouehatur in odium. Ideoq; dicit: Iesus autem vocauit eos ad se, & ait: Principes gentium dominātur eorum: inter vos autem non ita erit. Odīū quippe est cor dis venenū: quod etiam moriens homo à se quandoq; rejiceret minime potest: præsertim si processu temporis radicem altius fixit. Quapropter odīū à sapientibus nimū cauendum est: & insipientes de hoc malo saepemonendi & edocendi sunt. Dicit enim Hugo de sancto Victore: quod nihil dæmō in nobis sic perhorrescit, quā si nos videat diligenterate: quæ òne pellit odīū, tāquam vnicū eius remedīū & antidotum singulare. Si enim ieunias, optimū quidem est, nectamen dæmon te perhorrescit, quando ipse nunquam manducauit & babit, sed semper ieunus permāsit. Indigentibus tribuis necessaria, excelsa quidem & hæc virtus est, nec adhuc te timet dæmon, quando ipse nunquam aliquid temporaliū rerum possedit. Oras assidue, plenissimū agis opus: nec enim adhuc horret dæmon, cū ipse nunquam orauit. Castitatē seruas, nec ob id dæmoni horribilis es, tanta puritate à Deo dotatus, quando usq; ad mortem carnis circundatus es infirmitate. Charitatem habes, qua Deum & proximum diligis, ut nunquam in inimicum odium conceperis: iam tun dæmoni horribilis es, nec te præsentem sustinere valet: cum videat hominem charitatem & pacem seruare in terris, quam ipse non potuit, quia noluit, seruare in cœlis. Merito igitur dominus hanc toties præcepti sui nomine commendat, dicens: Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, Ioan. decimo quinto. In hoc cognoscet omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem ad inuicem habueritis. Et, mandatum nouum do vobis

Odium.

Charitas.

ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos, Ioa. 13. Hæc est sanctorum scientia, charitatis omnimoda conseruatio. Hanc ut conseruaret dominus in discipulis suis, affectum iniuste petentium coarguit, dicens: Nescitis quid petatis. Et indignationem aliorum repressit, dicens: Si quis inter vos vult primus esse, sit uester seruus. Hac mutua debetis lege deuinci, ut charitatis semper inter vos dilectionem habeatis: ne unquam odium vestrum inuidat collegii. Odium enim congregata dissipat: charitas autem dispersa congregat, & congregata conservat. Qui charitatem habet, Deum profecto habet. Quoniam Deus charitas est, inquit beatus Ioa. & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Qui charitatē habet, cum sanis de eorum salute gaudet: cum dinitibus, de bonis eorum laetatur: cum iustis, de eorum iustitia gemit: cū sanctis, de eorum gloria gloriatur: cum infirmis, & ipse infirmatur: cū scandalizatis, contristatur: cū peccatoribus, & eorum ipse peccata luget: cum conuersis & pœnitentibus, de eoru conversione iubilat: & nihil habens, omnia cum possidentibus possidet. Hilarius in tribulationibus, laetus in tolerandis iniurijs, mitis in remittendis, placidus in debitibus condonandis, suauis in monendis fratribus, iustus & aequus, si illi incumbit, pie puniendo errata. Et factus est quasi clibanus ardens, & quasi caminus ignis, in quo omnes pale & stipulae deficiunt proximorum cremantur, & in quo omne aurum & argentum virtutis clariora reduntur. Ascendat igitur sua misericordia in nobis dominus ignem amoris sui, & flammam charitatis æternæ, per Christum dominum nostrum: Cui cum patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

## TRACTATUS DECIMVS SECUNDVS.

In XX. cap. beati Matthæi.

**H**ic admirari subit, quod eo tempore dexteræ & sinistræ confessum filiorum Zebedæi mater filiis suis à domino postulauerit, quo ipse loquutus fuerat de passione sua: nempe ut tradidus erat principibus sacerdotum, qui eum ad mortem damnaturi essent: tum etiam tradendus gentibus ad illudendum, flagellandum, & crucifigendum. Unde mirum, quod sedere ad dexteram & sinistram domini, tunc expetinerint. Quāquam dicas illis etiā verbis dominum addidisse, & tertia die resurget: atq; ideo arbitrantes eum temporaliter regnaturum: & quoniam præmiserat illos sessuos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel, ex his duodecim sedibus primas postulasse. Quæ sane omnia vera sunt, sed exceptanda erat resurrectio diei tertie, tuncq; postulandæ sedes. Cæterum ambitio & inuidia nec modum nec locum querunt: in ecclesia, in altari, in choro, in die passionis domini nō quis escunt. Ecce plangendum foret, quia dixerat dominus: Filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & condemnabunt eum morte: & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum: & die tertia resurget. Tunc tamen accessit mater filiorum Zebedæi, quod satis aperte ostendit euangelista, dicens: Tunc accessit, nempe cum hæc verba dominus diceret, tunc accessit. Nimium obcaecat ambitio mentem, obnubilatque inuidia: siquidem duo apostoli primas sedes postulant: decem vero inuidia concitati illis indignantur. Quos omnes dominus corripit, duobusque dicit: Nescitis quid petatis. Ceteris ait: Qui inter vos vult primus esse, sit omnium seruus. Hæc igitur duo mala duris verborum flagellis cōpescit, exemplo admoneus principes, si quæ senserit ambitione captū vel inuidia

dia percitum, ut flagellis hæc duo abigant: ridiculum namq; esset, hominem insanæ mentis mollibus ac blandis verbis velle in sensum reducere, et ratione cū illo agere. Flagello etenim opus est, quādo hæc duo mala à recto sensu, ita homines trāuersos rapit, vt nec sacrī parcat: immo ab ipsis ambitio simul et inuidia mor dicūs retinentur. Sunt & alia crimina, quibus dñs cōniuet: hæc verò illico reprimit, ne ēbitio transeat in extremā superbiā, & inuidia crescat in odiū. Disimulauit namq; dñs, prout legitur Exo. 17. cū Amalech, qui bellum cōmouerat Israēlico populo, volens illi præpedire ingressū in terrā promissionis, dices Moysi: Scribe hoc ob monumentū in libro, & trade auribus Iosue: Delebo enim memorīā Amalech sub cælo. Quadringētū effluxerāt anni à Moyse, usq; ad Saul primū Iudæorū regem, ad quē dominus misit Samuelem, ut hæc illi annūtiaret, prout habetur pri. Reg. 15. Mē misit dominus, inquit, ad te, vt vngere te in regē. Nū ergo audi vocē domini: Hæc dicit dominus exercituū. Recensui quæcūq; fecit Amalech Israeli: quomodo restitit ei in via, cū ascenderet de Aegypto. Nū ergo vade, & percutē Amalech, & demolire vniuersa eius. Nō parcas ei, nec cōcupiscas ex rebus ipsis aliiquid. Non ergo arroganter sibi peccatores placeant: cū non cōtinuo demoliantur à terra. Audiant dominū post quadringētos annos, et eo amplius Amalech peccata enumerantē, ac eū delerifunditus præcipientē. Saul verò contra, pingua seruauit peccata, & ipsum pinguisimū Amalech regē. Cui dixit Samuel: Quia abieciisti sermonē domini, abiecit te dominus ne sis rex. Præceptum igitur domini oportet ad vnguem seruare, & ne apicem quidem præterire: ne quando irascatur dominus, homineſq; & regem in aliorū potestatem tradat. Punitur Amalech peccatū post quadringentos annos. Caveant ergo sibi peccatores, actimore domini percellantur. Delet regnū à domo Saul, quod præceptū domini ad vnguem non obseruauerit. Timeant & reges terræ, n̄ si deleuerint peccatores publicos, ne regnum eorū tradatur alteri. Etenim peccata publica alios ad peccandum stimulant: præsentim verò cū animaduersa delictorū impunitate, & peccandi licentia ad eadē scelera perpetranda veluti manu ducuntur. Qui autem rex suaretinere velit, & in successorum suorum hereditatem autum regnum transire: in super & gloriōsus & diues inter alios reges haberi, audiāt David regem, psal. 111. ita canentem: Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius volunt nimis. At q; ipse primò Deum revereatur, & præceptis pareat: deinde operam suam impletat vigilansime, vt optimum decet principem, ne aliter quam ipse, circa Deum se gerat populus. Quæ duo si obtinuerit, potens in terra erit: semen eius & generatio eius benedicitur, gloria & diuitiae in domo eius. Tria enim sunt, quæ à principibus iure optari possunt: successorem scilicet regni, potentiam, & diuitias. Quæ tria spondit Deus regibus timentibus se, et in mandatis eius volentibus nimis: quin potius & omni homini hæc facienti eadem pollicetur. Non igitur conniveant principes peccatis publicis: cum videant dominum discipulos suos carpisse, & duos quidem ambitione, & alios liuore tactos, duri verbi vindicta repressisse. Qui ne ullum quidem verbum, postquam illos incēpauit dominus, addiderunt. Nec illi, quibus dextra & sinistra sedes negata est, veleorum mater, quidquam de hac re amplius loquuntur. Sed ones pariter decidētes à cogitationibus suis, Christo humiliter paruere. Ex quo singulari admonētur exēplo subditi, cū à superiorib; appetitus eorū reprimitur, ne submurmurēt, verū & quo id ferat animo. Quod si ob cōceptā in aliquem indignationem carpūtur, absq; mora illam, & si rationi videatur inniti, deponant. Ita sane & gratiarū actiones,

Quomodo regnum  
gnorum suc-  
cessio conser-  
vatur.

dat vigilansime, vt optimum decet principem, ne aliter quam ipse, circa Deum se gerat populus. Quæ duo si obtinuerit, potens in terra erit: semen eius & generatio eius benedicitur, gloria & diuitiae in domo eius. Tria enim sunt, quæ à principibus iure optari possunt: successorem scilicet regni, potentiam, & diuitias. Quæ tria spondit Deus regibus timentibus se, et in mandatis eius volentibus nimis: quin potius & omni homini hæc facienti eadem pollicetur. Non igitur conniveant principes peccatis publicis: cum videant dominum discipulos suos carpisse, & duos quidem ambitione, & alios liuore tactos, duri verbi vindicta repressisse. Qui ne ullum quidem verbum, postquam illos incēpauit dominus, addiderunt. Nec illi, quibus dextra & sinistra sedes negata est, veleorum mater, quidquam de hac re amplius loquuntur. Sed ones pariter decidētes à cogitationibus suis, Christo humiliter paruere. Ex quo singulari admonētur exēplo subditi, cū à superiorib; appetitus eorū reprimitur, ne submurmurēt, verū & quo id ferat animo. Quod si ob cōceptā in aliquem indignationem carpūtur, absq; mora illam, & si rationi videatur inniti, deponant. Ita sane & gratiarū actiones,

Deo

Deo debitas, alacres persoluamus: vel cum postulatis abnuit, vel cū tribulamur: sciētes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem: probatio verò spē. Spes autē non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritū sanctum, qui datus est nobis, ad Rō. cap. 5. Porro gratiarū actio omni die fieri debet, ex tribus maximis acceptis à Deo beneficj: Primò quod rationalis & Christianus es factus. Secundò quod Deo Gratiarū acti o omni die. carne nostra induitus te sua morte redemit. Tertiò quod sēpe tibi peccata remittit, & ne cadaſ. sēpe tuetur. Ecquis hæc cogitās nō accendatur? & in meditatione eorum exardescat ignis? Ignis, inquit dñus, in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subiiciens ligna manu per singulos dies. Ignis est iste perpetuus, qui nunquā deficit in altari, Leuit. ca. 6. Ligna quibus ignis iste succenditur, prædicta Dei beneficia sunt: quæ debet sacerdos in memoria fidelium sēpe adducere. Meminerint Christiani, quāto sunt beneficio Deo astricti, qui illos de nibilo ad sui imaginem cōdidit, & sacri baptismi lanauro à peccatorū sorde mundos effecit: insue per Thomo factus, sua nos passio redemit, & plurimis eruit nos peccatorū tenebris: quimo subleuauit, et ne in deteriora prolaberemur euexit. In cuius cor his tribus subiectis lignis: imò numiū accensis prunis, non ardet ignis, tāta mundiauiditate frigescit, quod forte non calefiet, nisi in igni sempiterno positus. Discipuli autē domini per docile cor habentes, continuo subicent dño coarguente, parentesq; dicto nihil loquuntur amplius, adeo verba dominicorū quietū reddunt, & ab öni ambitione & inuidia abalienant. Cor mundū crea in me Deus, inquit David, et spiritum rectū innova in visceribus meis. Nō enim ait: Da, sed crea. Crea autem est ex nibilo facere. Se ergo prorsus indignū reputans, postulat diuinam potentiam & misericordiā simul: potentiam, quoniam ipse solus potest facere mundū de immundo, prout dicit Iob: Quis potest facere mundū de immundo conceptū semine? non ne tu qui solus es? Misericordiā verò, cum ad omnes sequentes postulationes præmisit: Misericordia mei Deus, secundū magnam misericordiam tuā. Illam vtq; dicit magnā, quæ est super önia opera eius, quæ est incarnatio & passio eius. Secundū hanc igitur miserere, & cor mundū crea ab omni alienum ambitione, & ab omni inuidia: à spurcis cogitationibus, & ab omni terrena cupiditate. Quod si plurimi tantū in hac oratione tēporis insumerent, quantū in postulandis, quæ non certo cōstat, an sint proficia (quāvis omnia etiam terrena à Deo ita sunt postulanda, ut fastigium illū omnī dominum, öniūq; bonorū etiam temporaliū largitorē: quæ sub cōditione postulare oportet, cū ignoremus an ad profectū vel in dispendiū animarū futura sint) profectō misericors & miserator dñs cor prauū ab illis auferret, & cor mundū daret. Misera sane cōditio nostra, qui tot pro terrenis preces effundimus, ac summa celeritate, quæ ad animæ salutem faciunt, agimus; valde solliciti, cum temporaliter tribulamur: & nimium desides, cū ab aliquo vitio impugnamur. Quot enim ieunia frequentant matres, quot preces offerunt pro liberorum valetudine: & è diuerso quam exigua est illis cura de eorum animarum salute? Evidem parentibus parcerem, qui temporalia filiis moderate querunt, cum ipse apostolus dicat: Nō enī thesaurizāt filiis parentibus, sed parentes filiis, 2. Cor. 12. si de animæ eorū salute, si de optimis induēdis morib; præcipua cura esset. Si nullus parentū ad filiorū vitia cōniuerteret: si nō audiret iurātes, si ludētes, & vanas clātes, & amatoria carmina cōponētes serio obiurgaret, et stricta lege p̄ciperet, quia legē Dei violasset, ne se patrē agnosceret. Hæc facientes optimas sedes filiis cōpararēt, & cœlestia post hāc vitā darētur illis, gratia dñi nostri Iesu

Iesu Christi: Cuicum patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in aeternum. Am.  
TRACTATVS DECIMVS TERTIVS.

In XX. cap. beati Matthaei.

**N**crebuerat ita fama promissionis domini beatis apostolis his verbis factae: *Vos qui secuti estis me in regeneratione, cum sedetur filius hominus in sede maiestatis sue, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel: ex qua die existimo agitatum esse inter filios Zebedaei et matrem, de primaru sediu postulatione: cum se sanguine coniunctos, et primoscum Petro et Andrea vocatos meminissent. Petru vero sibi praeponendum timebant, quia illi praedictum fuerat: Tu es Petrus, et super hanc Petram aedificabo ecclesiam meam: et portae inferni non praeualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claves regni caelorum. Occasionem igitur omni hora expectantes, cum dominum de passione sua secreto differente audissent: et ad hanc subiectam nunc ultimo ascendere Hierosolymam, ac diu tertia resurrectum, matrem gestam nuntiat. Quae pietate materna mota una cum filiis dominum adit, adorans & petens aliquid ab eo. Non enim statim postulata proponit, sed prius petendi tempus obseruat: ne forte responderet dominus: agetur de hoc postea, vel non est tempus nunc opportunum. Dominus autem matris et filiorum cogitatus agnoscens, et quae postulare volebat: ut exemplo admoneamus, ne dignitates et officia publica, secundum carnem et sanguinem distribuantur, dixit illi: Quid vis? ac si diceret: loquere, postula: tu cum illa: Dic ut ledeat hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. Digni siquidem sunt, ut hoc illis praestes, tum iure propinquitas, tu quia magno aguntur in te amore, et magna sanctitate pollent. Iustus autem dominus omnem in istis beatissimis apostolis volens docere hominem, cui ex officio incumbit officia et beneficia conferre, aut: Nescitis quid petatis. Non tantum iniuste petitis et importune, sed et ne scientes dum me temporaliter regnaturum suspicamini, quem vidistis fugere, dum me voluisset in temporali eligere regem. Ceterum ut optimus et gubernator et ductor volo, id quod nunc postulatis, in iustitia dirigere tramitem: et manus quippiam dare, quam ipsi petitis: insuper et modum, quod acquirere valeatis, cōmonstrare. Potestis, inquit, bibere calicem, quem ego biberimus? Calice passionem domini intellige. Ipsenamque ad Petrum ait de passione loquens: Calice quem dedit mihi pater, non vis ut bibas illum? Et orans, ait: Pater si possibile est, transeat a me calix iste. Passionem utique denotatis. Sic discessis quae postulanda sunt: sic praecaelstibus terrena despiceret. Quod Deus non dixit pro potentia passiva sustinendi probra et mortem, quae maxime roboranda erat spiritus sancti virtute, sed pro actiua voluntatis dispositione diuino spiramine adiuta. At illi dicunt, possunus: Paratis sumus, quantum ex nobis est, calice hunc bibere. Hoc vobis diuina gratia donatur, calice quidem meum biberitis: sedere autem ad dextram meam, & sinistram, non est meum dare vobis. Quando hoc non in temporali regno, prout arbitramini, futurum sit: sed in caelesti, ubi dextera et sinistra, potiora loca glorie intelligenda sunt. Sed quibus paratus est a patre meo. Quoniam non hac ratione qua postulatis, datur gloria coiunctis sanguine, sed potius meritorum suffragis. Nec enim me impotenter ostendo, cum dicam: Non est meum dare vobis: at quoniam iustissimum, cum assero meum esse dare, quibus paratus est a patre*

S. Tho. quod. meo. Quando eadem est voluntas patris, filij, et spiritus sancti. Cuiusque quam turpiter peccant, qui  
4. q. c. st. 15. & propinquus suis, indignis, siue minus dignis beneficia cōferunt ecclesiastica et munera publica,  
doct. in 4. dis. 15. magis dignis seclusis: quoniam in his administratis utilitas reipublicae attesteda est, non redditu

um copia. Nec quærenda officia & beneficia propter homines: sed sufficientissimi quicunq; querendi sunt, ad beneficia & officia perfectissime exercenda. Cæteris autem paribus, locus est gratificationi, possuntq; dignissimis consanguineis & familiaribus, beneficia & officia cōferriri. Indignis autem & minus idoneis respondendū est: Nescitis quid petatis, beneficia & officia ad quæ apti non estis postulando. Qui & vos & dantem deicere vultis in tartarum, & propter lucrum temporale indigentiam pati perpetuam. Vnu quisq; igitur voluntatem suā euangelica regula moderetur, & ratione gubernet. Hæc enim est mater honorū & malorū effectuū, quæ semper sublimia quærerit, nec aliquo potest alimento satiare: quin vno cibo sumpto alterum iam esurit: vno beneficio adepto vel officio alterum ambit: vna adepta dignitas etiam aude cupit. Et sic insatiabilis perseverans totum hominem quatit, nec quietem vnu quā habere sinit concupiscendi voluntas: à qua diuersorum desideriorū scaturigines tanquā ē fonte diminant. Hæc igitur edocetur à domino, instruitur ac regulatur per euāgelium iñ ys quæ postulāda, vel reyciēda, seu retinēda sunt. Læua ei⁹, inquit sp̄iosa, sub capite meo: et dextera illius amplexabitur me, Canti. 2. cap. Læua terrena videlicet sub capite sunt ponenda, non super caput: & cœlestia amplexanda, ac totis viribus procuranda. Volebitus enim terrena dicitur: Nescitis quid petatis. Calicē bibite, calicem accipite, calicē domini diligite. Duplēnamq; reperimus in diuinā scriptura calicem. Est calix domini: Calicē, inquit, meum bibetis. De quo David: Calicem salutaris accipiam. Et psalm. 22. Et calix meus inebrians quā p̄æclarus est. Est & calix dæmonis, de quo beatus apostolus Paulus pri. Cor. cap. 10. inquit: Non potestis calicē domini biber, & calicem dæmoniorū. Et Hiero. propheta ca. 5. ait: Calix aureus Babylon in manu domini, inebrians omnem terram, omnē scilicet hominē terrenū. In manu domini dicit, quādo nihil potest dæmon, nisi iusto Dei iudicio permittēte. Et quemadmodū inebriatus vino nihil sentit, quinimo & in furorē incitatur: ita hæretici et mali Christiani sepe insaniunt, vt nulla cū eis possit ratione agi: sed omnia furiosa quadā per timacia clamoribusq; confundunt. Ita etiā aliqui temporaliū cupiditate, vsg, adeo inebriantur, vt minime, licet clames, audiant: licet prædices, non attendunt: & si rationibus agas, nō percipiunt. Oranda & postulanda est diuina misericordia pro istis ebrijs à calice dæmoniorū inebriatis, vt rectū donet illis sensum scripturā percipiendi, atq; rationi cedēdi, & ea quæ sunt vera seclandi. Calix verò dñi inebrians, quā p̄æclarus est: alia nempe rationē habet: sensus inebriat, atq; intellectum illuminat, voluntate purificat, totamq; reddit animā claram. Ideo dicitur, quam p̄æclarus est. Si accipias sanctorū aliquē, adeo perspicies hominē à sensibus alienū, vt tibi ebrius videri possit. Pone autē ob oculos beatū Franciscū, corāq; illo constitue p̄uissimū auri ingentē massā: quid hīc videas factū hominē? qui p̄æcipit fratribus suis i regia manu quidē pecuniā tangat quantūcūq; modicā. Nū ebrius tibi videbitur homo, sic à sensibilibus alienatus? ac totus p̄æclarus factus à p̄æclaro charitatis, quo inebriatus erat, calice? Quærunt pecunias homines, illumq; arbitrantur felicem, qui illis abundat. Beato. vero Franciscus pecuniam neglit, nec illis, qui eiusdem sunt instituti, tangere illam fas est. Iuuenes delicias querunt: & appetit fœmina beatum Bernardum: at is exurgens à lecto intenta proclamat voce, latrones, latrones. Quod cum ter faceret à socijs percontatus mane: quid nocte clamaret latrones? respondit, acclamasse in fœminam, suam volentem pudicitiam violare. Alios etiam vide inebriatos. Actorum cap. 5. Ibant apostoli gaudentes à conspectu

Calix duplex

pectu concilij: quia digni habiti sunt, pro nomine Iesu, contumeliam pati. Gaudent hices, nec tantum sustinent, sed patienter tollerāt. Aliud est gaudere in contumelias, quia cæsi sunt pro nomine Iesu, non tamen quia cæsi: sed quoniam illos Deus fecit dignos, & tanto donauit honore, ut digni essent pro nomine Iesu contumeliam pati. Dæmon utique, nomen Iesu inse<sup>c</sup>tatur, quia illum vicit, spoliaque detraxit. Quapropter quā maxime inducit aliquem ad peccandum, ut creatori offensam faciat. Beatus Greg. cap. 8. lib. 2. Moral. ait: dæmonem non contra Iob, sed contra Deum certamen gessisse. Materia vero certaminis ipse Iob fuit. Nimirū igitur cauendum est à peccatis, ne domino faciamus offensam: & cacodæmon de membris Christi triumphum reportet. Si enim seruum Christiani regis in conspectu ipsius ac totius curiae, Mahometanus ad singulare certamen prouocaret, & Christianus vicitus succumberet, nonne rex & omnes proceres inde offenderentur? Sic quoque, dæmon cum aliqua tentatione Christianum aggreditur in conspectu Dei: si quod absit, dæmon victor euadit, valde offenditur Deus, cuius in conspectu deuictus est seruus eius. Offenditur inquit, quoniam ignavia quadam succumbi voluit: & quoniam dæmoni sponte cessit, eius voluntatem potius adimplere volens, quam præceptum Dei, quod violauit. Et sic tandem lethali culpa prostratus, iam non resurgere valet, absque gratia domini nostri Iesu Christi: Cui cum patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

TRACTATVS DECIMVS QVARTVS.  
In XX. cap. beati Matthæi.

**I**Ntentus dominus rei tam seriae, ut erat consideratio passionis suæ: quam & discipulis suis studiose proponit, ad supplicationem matris filiorum Zebedei præbere aures non dignatur: docens principes, licet magnis teneantur negotijs, ut pauperes libenter audiunt, & indigentibus facile annuant. Cum hæc igitur cum filijs accederet, adorans & petens aliquid ab eo, ipse libenter querit: Quid vis? audit, negat postulata, concedit calicem, aliorum discipulorum componit animos, & vere princeps & rex regum sic occupatur in maximis, ut nec minima negligat, aut parua fastidiat: & perinde audit, & effatur matrem filiorum Zebedei, ac si illi aliud non esset negotium. In hoc enim se Deus ostendit, quia sic angelos pascit in cœlo, ut minimi passerculinon obliniscatur in terra: Dei vero & hominum mediatorem in hoc, quod crebro de sua passione loquitur, quas sumus Deo reconciliati. Mediator, inquit apostolus ad Galat. cap. 3. unus non est: Deus autem unus est. Et prius Timot. 2. Unus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Secundum enim formam servi obtulit & oblatus est: & est hostia & sacerdos, & secundum hanc mediator est, inquit beatus Aug. li. de Ciuitate Dei 10. cap. 6. Cuius rationem assignat beatus Thomas 3. parte quest. 26. dicens: Ad mediatorē spectat differre ab utroque extremo. Christus dominus in quantum Deus est, non distat: quoniam ipse Deus est. In quantum homo distat a Deo in natura, & ab hominibus in dignitate gratiae & glorie. Et secundum quod homo, et datum est homines Deo coniungere. Ideo distractos per ambitionem discipulos postulare ad dextram & sinistram sessionis negatione renunciat: coniungit vero concessione calicis. Eodem modo & decem de indignatione reprehensos ad veram sui imitationem prouocat, dicens: Quemadmodum filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare

et dare animam suam in redemptionem pro multis: Sic qui voluerit inter vos primus fieri, sic omniū seruus. Sic quidē oportet principes dissidentes reconciliare, et errantes dirigere. Nec cuiquā in iudicio agere aduersus aliquem permittendū esset: nisi prius ad literatos et optimos viros, quos admodum pīū esset ad hoc præficere, actionis cognitio delata esset: ut si quo modo fieri posset, et future lites componerentur, et ipsi disceptatores absq; rei familiaris dispensatio apud illos cōciliarētur, Hoc esset munus sanctum et pium, et charitatis plenū, atq; omni Christiano principe dignum: si huiusmodi viros in sua curia constituisserint, quinquo et in singulis oppidis. Quod si disceptatores hac ratione ad concordiam adduci nō possent, tūc demū

Disceptantū  
conciliatores  
anteq; ad iu-  
ditium lis de-  
feratur.

vinciūque liceret in iudicio rem suam prosequi. Quo quidē modo: et multorū spiritualis salutis et paci, atq; adeo nummis consultum esset: nec tantis litibus iudicaria fora perstreperet. Hoc dominus insinuat, cum harum petitionum dissonantiam in veram calicis postulacionem conuertit: cumq; ceterorum indignationem ad concordiam renocat. Sic et alio exemplo admonentur principes, neminem a se vacuū etiam postulantem indigna, dimittere: cum dominus postulata indigna corrigit, et calicem præstat. Ita príceps dum postulans indigna petit, corripiat: et aliud quod utile sit petenti, tribuat: nec postulantem abire vacuum sinat. Eo enim modo regem regum et dominum dominatiū imitabuntur: qui et si postulata discipulis non concessit, aliatamen donauit. Præcipue vero semper habenda ratio est de postulantis virtute. H: namq; discipulis sanctierant, et cognati domini ac maximes amiliares: ipsa vero mater etiam dominum, prout poterat, sequebatur: quæ materna pietate postulando errauerat: atq; illi forte sibi debita postulasse opinabantur. Dominus autem vir intem illorum, et pietatem matris attendens, errata corrigit: et quæ postulanda erant ipsi concedit, dicens primō: Nescitis quid petatis: deinde, Calicē quidem meum bibetis. Hac sunt viscera pietatis Iesu: Neminem a se vacuum abire vult: omnibus viliiora largitur: qui et si aliquando votis abnuit obsecrantis, annuit tamen postulantis vtilitati: et sic omnibus misericordiam suam tribuens, omnes implet benedictionibus suis. Fons enim est inexhaustus honorum omnium, qui semper fluens nunquam arescit, ac semper largiens non quam minuitur: cumq; plura donat, multo illi plura donanda suppetunt. Hac de re personificum habemus in euangelio testimonium: cum quinque panes et duo pisces augentur, usque ad saturitatem quinque millium hominum, quæ plus creuere dum saturantur, quam a principio tradita sunt in Christi manus largienda: duodecim namque fragmentorum copihi superfuere ex quinque panibus bordeaceis et duobus pisibus. Ad Christi igitur imitationem se componant principes, et exemplū sumant dignitatis sue accommodū. Prospiciat claris oculis dominum in re tam ardua occupatissimum, de petitione matris filiorum Zebedei non dēsignari: et cum postulata essent in iusta, quod iustum et utile erat, illis donasse: nec a se vacuos dimisiſſe. A se vero abigat prauos et inquietos, detractores, inuidos, et ambitiosos compescant. Quod quidem exemplum veluti præuidens David psal. 100. cum iam pacifice regno frueretur, suæ domus reformationi intentus, hunc psalmum composuit: quem titulo prænotauit sibi ipsi dicens: Psalmus ipsi David: Misericordiam, inquit, et iudicium cantabo tibi domine. Recordabor quod iustus es et misericors: iustus, ut timeam misericors, ne desperem: Psallam et intelligam in via immaculata, quando venies ad me. Laudabo utique te, et ambulabo in via immaculata. Omnibus æqualis ero: nec literas nec vo-

Regia refor-  
matio.

cem emittam, ut alicui faueam in iudicio disceptanti. Hoc namq; erit, omne ins; & quum  
 confundere ac disturbare: nec post latam sententiam, ne illa executioni detur, aliquo modo  
 oboero: nec consignatas mea manu literas ad id cōcedam, nec voce ipsa præcipiam: quinimo ad  
 nitar ut semper absq; macula ambulem: & ratione semper, tanquam qui vtitur veloci curso  
 re in cælo conuersabor, ut sciam quādo venies ad me: Hoc est, quid velis me in omninegoio  
 agere: & hoc qd tibi beneplacitū scinero, id faciam: Perambulabam in innocentia cordis mei,  
 in medio domus meæ. Simpliciter & non duplice corde regnum & domū dirigebam. Quod  
 si errauit in gubernandis populis mihi cōmis̄is ex ignorantia accidere potuit, non ex malitia  
 quoniam in innocentia & simplicitate cordis omne negotium dirigebam. Non proponebam  
 ante oculos meos rem iniustam, facientes prævaricationes odiui. Nūquā in iniustitiam ali-  
 quam consensu incidi: īmo nec tuli ante oculos meos quicquā inique fieri: sed leges trāsgredi-  
 entes odiui. Non adhæsit mihi cor prauum. Non concepi aduersus aliquē odium: nec ita ali-  
 cui regni gubernacula tradidi, quin semper cor meum liberum & rectum ad gubernandum  
 maneret. Magni enim periculi res est, cum rex nō danda largitur: multo vero periculosius,  
 si ita se alicui tradat, vt ad nutum illius omnia disponantur: nisi is sit illo spiritu sancto affla-  
 tus, quo ipse rex in viam rectā dirigendus est. Si à me declinabat malignus aliquis tanquā  
 à me molestatus, non cognoscebam: nec vlla mibi de eo cura. Detrahentem secreto proxi-  
 mos suo, hūc persequabar: Siue id oculo, siue oris distorti signo, siue verbo ageret. Cū percipe-  
 rem detractor ē efficere, ne iniustiae debitū alicui redderetur, quia id sibi aut suis donari vel-  
 let, hūc persequabar, & cōuictijs incessebam, ac longe à conspectu meo exterminabam: ne ip-  
 se nec ullus alius, detrahendo proximis suis, obstaculo sint, quominus secūdū vniuersiūq;  
 merita & officia & beneficia conferantur. Superbo oculo & insatiabili corde, cū hoc non  
 edebam. Hoc est, non præstabam cibum superbis, & illis qui erant insatiabiles, omnia sibi  
 & suis donari volentes. Quos igitur ò Dauid in amicitiam tuam ascisti? aut quales elegisti  
 famulos? Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum. Patriæ & re publicæ amatores hi sūt  
 terræ fideles: quos cōsultores elegi, vt mecum sedeant ad gubernandum regnum. Ambulās  
 in via immaculata, hic mihi ministrabat. Domestici ac priuati obsequij hos elegi ministros:  
 qui Deum reuerebantur ambulantes in via immaculata. Non habitabit in medio domus  
 meæ, qui facit superbiam. Qui voluerit, quemadmodum superbissimus Lucifer, cuius fuit  
 animus assimilari altissimo, mibi regi similem fieri, ac tanquam regem ob omnibus coli: hūc  
 non consensi habitare in domo mea. Qui loquitur iniqua: semper in colloquijs vagus & mor-  
 dax, & cuius in ore omnia aliorum benefacta notantur: cui nihil videtur rectum, atque om-  
 nibus dēsignatur, nec castè loquitur, non dixit in conspectu oculorum meorum. Ab illo  
 oculos auertebam, quin mirum esset indignus conspectu. In matutino in erficiebam omnes  
 peccatores terræ: vt disperderem de ciuitate domini, omnes operantes iniquitatem. Hoc est  
 quam cito homi: idas, fures, adulteros, & huiusmodi notæ publicos peccatores in erfici p̄r-  
 cepiebā, vt experiaretur ciuitas dñi: vt qd in conspectu eius nemo reperiatur, qui publice scelus  
 committat: ad legis præscriptum in illos severissime adueriens, accæteros exemplo admo-  
 nens, ne similia agant. Hec nimirum est vera gubernandi norma, & regni sceptra tenen-  
 di, gratia domini nostri Iesu Christi: Cui cum patre & spiritu sancto est honor, glo-  
 ria, & imperium in æternum. Amen.

B Eatus Hieronymus per dextram & sinistram quae à matre & filiis postulantur, pri-  
mas sedes in regno cœlorum existimat postulatas. Videtur huic fauere sententiae, quod  
dominus respondit, dicens: Sedere autem ad dexteram meam vel sinistram, non est meum  
dare vobis: sed quibus paratum est à patre. Nam si de sessione terrena beati apostoli age-  
rent, dixisset dominus: Non sum temporaliter regnatus, prout suspicamini. Cum vero  
ait: Non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo, de sessione spirituali in  
gloria videtur agere. Sed tunc perplexa quædam suboritur questio: Quare isti & mater  
coarguntur: Nescitis quid peratis, cum postulare gloriam optimum sit: estque unum è tri-  
bus quæ absolute postulare licet: alterum vero gratia: tertium, peccatorum remissio. Ad  
quod respondetur: postulare gloriam optimum quidem est, atque unum è tribus absolute pe-  
tendis: sed determinatum & certum gloriæ gradum petere, hoc peccatum est. Si quis enim  
postularet à Deo eundem gloriæ gradum quem habet beatus Ioa. baptista: vel ut inter  
apostolos collocaretur, magna dementia esset: Sic petere in celo dextram & sinistram fi-  
lij, potiora scilicet loca, præsumptio & ambitio est. Quapropter mater & filii à domino incre-  
pantur, dextram & sinistram sedem in regno suo postulantes. De hoc satis sit dictum, si forte  
beati apostoli potiora loca in cœlis consequi ambierunt. Ceterū aduertendum est, ad id quod di-  
ximus illa tria absolute postulari posse: videlicet, peccatorū remissionem, gratiā, & gloriā,  
huius rei causam hanc assignari. Quia his quibus possumus bene vel male vivi, hac condicio-  
ne & appendice sunt postulanda: Si dñs nouit haec profutura, atq; meliores nos inde fore (hu-  
iusmodi est salus, dum infirmamur: ac diuitiae, dum pauperes sumus, & his similia) quoni-  
am ignoramus, an haec in salutem an in iacturam animarū vergant: illa vero ex quibus con-  
stat nullum nobis damnum inferri, immo & valde proficere ad animarum salutē, absolute & abs-  
que addito postulari possunt. E quorum numero sunt: peccatorum remissio, quæ nobis valde  
proficia est: gratia, quæ instificamur, quæ utilissima est: gloria, quæ in omnē salutis securita-  
tem nos constituit. Honores nempe terreni & dignitates periculo ambiuntur, sed multo pe-  
riculosius habentur & retinentur: Crucis id beatus Bernardus vocat: O ambitio, inquit, crux  
ambientum, quomodo omnes torques, & omnibus places? Sunt enī quædā peccata quæ suā se Peccata secū  
cum baiulant crucē, non utiq; illā Christi, nec boni latronis, sed durissimum mūdi suppliciū,  
prout sunt ambitio, odio & inuidia. Quæ maxime vicia cor torquēt, somnū & quietē aufe-  
runt, ac totum hominē inanibus curis & solitudine obruunt. Quapropter crucem secum  
baiulare dicuntur, in qua peccator in singulos dies & noctes suppliciū patitur. Si enim inuid⁹  
est, omnia bona proximi sunt illi tormentū. Si odium gerit, quicquid boni accidit illi quem  
odit, imaniū cruciatū causa existit. Si ambitiosus, quoties alios euectos cernit, nimio dolo-  
re cōpressus, cogitatūndus semper incedit, secū reuoluēs cuiusmodi dignitatibus à rege aut  
papa, vel quousq; alio principe seu prælato decorari possit, ac quibus id modis sit consequendū  
exquirit. Et sic totus distractus curis ambitiosus: Vibus inseruit: Urbanissime onibus lo-  
quitur: Oes veneratur, vt illū iuuet in sublime ascendere: miserū utiq; seruitutis iugū, & ni-  
mū auersa res à sanctorū cogitationibus. Illi namq; cū se magis in sublime vehi cōsiderabāt,

Zy magis

suā crucem ba-  
iulanta.

magis timebāt: ambitiosi verò cum ascenderint, tūc se lētos & securos reputant: Inquit beatus Aug. In nullo sentio mibi sic Deū iratū, quā in hoc: qui cū eſſe indignus ad remigū ponit, positus sum ad gubernaculū. Et beatus Greg. dicit: Dñs quos tenerè diligit, ab externis actionibus abscondit. Timet beatus Aug. praelaturā, & hanc peccatores ambiunt. Dūs quos tenerè diligit, abscondit ab externis tumultibus: peccatores gaudent, cū externis negotijs præficiuntur: ob id nempe quoniā nemo non pericula timet, niſi qui non nouit. Mūdani & ambitiosi homines alijs præesse non timent, quinimo pro viribus ad hoc peruenire nitūtur: quia nesciunt, quanto quis in sublimiori loco sit cōstitutus, tāto in maiori versari periculo. Excelſae arbores à quauis aura cōcutiuntur: humiles verò nō niſi magnæ tempestatis vi cōmouentur. Ignorant miseri ambitiosi qui alijs præſident, quā domino redditurisunt rationem de animabus ſibi cōmīſis: ideo ignari periculis fluctibus iactari cupiūt. Quos autem dominus tenere diligit ab æternis actionibus abscondit. Nam pater filiū à labore prohibet, ad quē mittit ſeruum. Vnde & dñs exteriora velamina tabernaculifēderis, prout legitur Exo.ca 26. iuſſit fieri ex fassis cilicinis & ex arietum pellibus. Sunt enim qui positi sunt ad exteri ora negotia confienda, tanquā operimentū quo ſuper induimur ad arcendam pluviā & ad reliqua indumenta conſeruanda. Qui verò ad contemplationē & orationem purissimā eliguntur à Deo, pars optima illis cōceſſa est in ecclesia. Inde fit, vt prælati à religionibus enocentur, veluti à conſumata perfectorum vita: qui partim orationi & contēplationi vacare, partim animarū proſectui ſemper debent eſſe intēti. Hæc dicitur optima pars. Bona est pars Marthæ, melior contēplatiua, optima Mariæ, quæ verbo Dei ſemper mēte adhæſit, Hæc est Maria, quæ vnguentū quandoq; effudit ſuper caput Iesu, & parauit aromata ad eius corpus vngendū, quem adhuc credebat in monumento iacere, cum iam à mortuis resurrexit. Edocemur etiam ex verbis domini, ſi amicitiā cum aliquo inierimus, rationē nulli amicorum tradēdam, ſed ſoli hanc Deo reſeruādam eſſe: quemadmodum & dominus qui quam

**Amici pluri-** quam hos diſcipulos habuit familiares, tamen negavit petita. Atqui voluntatem amicis exhibere poſſumus, paucissimis verò familiaritatē. Ex tot diſcipulis tres elegit dominus, Pele. Nulli ratio trum, Iacobum & Ioannem: quibus & ſi familiariter uſus eſt, non tamen rationē tradidit. danda.

Cum enim contra rationē poſtulaffent, illico respondit: Nescitis quid petatis. Ita oportet age re principes, & qui ſeculi tenent gubernacula: ſi familiares habuerint, ratio tamen apud eos maneat expedita, vt poſſint ſemper quæ iusta ſunt libera administratione perficere. Vnde Eccles. 6. dicitur: Multi pacifici ſint tibi, & cōſiliarius ſit tibi uetus de mille. Sic Salomō ait Proue. 20. cap. Virum fidelem quis inueniet? Principibus igitur & etiā omnibus tria, hac documēta ſunt neceſſaria: nēpe vt charitatē & amicitiā ad önes Christianos habeāt. Ceterū ad familiaritatē, uetus eligatur de mille. Aratione vero amicorū & familiariū cauſa, nec tūlū quidē diſcedant: nec familiaritas ultra aras progrediatur. Familiares utiq; erant Christo & etiam coniuncti ſanguine beatus Iacobus & beatus Ioannes: ſed cum iniuſta illi poſtulaſet, tanquam extranei repelluntur, quibus dicitur: Nescitis quid petatis. Principes namque cū veluti fôtes ſint, à quibus aqua petatur, à nemine nobis p̄biberi debet, quominus illos, cū opus ſit, alloquamur. Iure ſiquidē is puniretur, qui ſibi ſoli publicū fontē vēdicare vellet: ac vallo & ſera additis, ne quis inde bibat prohibere. Ita quoq; maxime ſunt puniendi, qui ſibi ſolis principes conciliantes, à quibus omnes iuſtitiā haurire oportet, veluti muro circūdant,

¶ obfirmant sera:ne quis nisi eorum fauore intercedente à rege hauriat necessaria. At qui quemadmodum aqua illa salubrior est, quæ impermixta terræ nullum habet saporem, sic inter principes ille reipublicæ erit vtilior, qui nullius terreni hominis admixtam habuerit familiaritatem: Nam quantumuis inclytus sit princeps, nihilominus, ut mundissimū quoddā speculum à circumstantis flatu obnubilatur, nisi tali sit spiritu afflatus, ut nihil velit præterrorationem agi. Ratio igitur maneat semper expedita: at q̄buiusmodi cū familiaribus sit amicitia, vt semper sibi soli princeps rationem retineat, qua cuncta distribuat, gubernet, dirigit, mala puniat, bona largiatur, virtuti faueat, & male postulantibus illud obijciat, Nescitis quid petatis. Quēadmodū dñs quē nec sanguinis necessitudo, nec arctissima familiaritas comouerunt, quominus Ioanni & Iacobo sibi amicissimis, qui & maximis præditierant virutibus, responderet, cū iniuste peterent: Nescitis quid petatis. Maxime igitur adnitantur principes tum & ecclesiastici proceres, vt omnia recte tramite dirigantur gratia domini nostri Iesu Christi: Cui cum patre & spiritu sc̄tō est honor, gloria, & imperiū in æternū. Amē.

## TRACTATUS DECIMVS SEXTVS.

In XX. cap. beati Matthæi.

**M**agnanimos decet magnas virtutes efficere, quibus magni debentur honores. Non tamen honorem propter se querit magnanimus, nec propter honorem consequendum virtutes insignes agit, sed quia id illi est peculiare, & natura inditum: ex quo magnis honoribus affici eū oportet. Magnanimus, inquit Boetius, est, qui contradiverit insultos fortunæ vniuersi mentis constantia militat. Siue igitur inclytā & excelsā adsequuntur sit magnanimus dignitatem, siue ad infimā de primatur fortunam, constanti & quoque animo utramq; fortunæ aleam subiicit: nec enim sublimi eleuatur statu, nec deycitur infimo: quin semper unus persistens, vndiquaq; virtuti adhæret. Magnarū virtutū decore insignis apud Romanos fuit Cato: sed in hoc à magnanimo deniauit, quia propter virtutem honores ipse sibi peuit. De eo inquit beatus Aug. lib. de ciuitate Dei 5.ca. 12. Honores quos expetiuit Cato pere non debuit, sed eos cinitas ob eius virtutem non petenti dare. Vnde & Romanos refert ibidem beatus Aug. ingētes duas & des ædificasse, vnā virtuti, alterā honori: quas beatus Antoninus archiepiscopus Florentinus in. 2. parte summe, agens de ambitione, ait illas proximè ædificatas, vt nemo posset in ædem honoris nisi per ædem virtutis transire. Huic igitur magnanimitati aduersatur abitio, quæ est immodicus appetitus honoris, p̄t in præsenti lectione euāgelica edocemur ex matre filiorum Zebedæi & filiis eius, qui dexteram & sinistram præcipuas sedes à redemptore postulauerunt. Cæterum cum in omni peccato contingat peccare venialiter & mortaliter, exceptis periurio & confessionis reuelatione, quæ non recipiunt magis & minus. Quoniam omne periurium de quacunq; re leui mortale est: eo quod Deū falso in testem adducit, & illum mendacij testem fieri vult: in quo domino Deo maxima irrogatur offensa, qui summa & infinita est veritas. Reuelare confessionem (& si de leuissimo fiat peccato) mortale est: quoniā sub p̄cepto mortalis grauissimi, reatus tenetur sacerdos, quodcūq; veniale leuissimū sigillo arctissimo tegere: quoniā confessio nis materia quæ p̄uditur sacerdoti, à Deo cuius ipse locū tenet, sic sumo abservatur secreto: eo dēq; p̄cepto includitur id sine quo aliqd fieri non potest, quēadmodū et illud qđ fieri p̄cipitur.

Zij Cumque

Cumq; nemo velit confiteri peccata, nisi secretissimo occultentur sigillo. Qui enim præcipit cōfiteri, dices: Quorū remiserit is peccata, remittuntur eis: & quæ retinueritis, retēta sūt, idē præcipit audienti cōfessiones, ut quecūq; minima celet, vel etiā lenissimum veniale peccatum etiam si mille proponātur mortes. In ambitione verò cū maius & minus contingere possit, vi detur mater filiorum Zebedei & ipsos beatos apostolos, venialiter in hac sedis dextre & si nistræ postulatione tantū peccasse: cum pro certo tenendum sit, tantæ virtutis viros (& si rem magnā petebant) ratione consanguinitatis & familiaritatis sibi has sedes deberi existimasse. Ipsi namq; ex stirpe David ex parte matris Salome, filiae beatæ Annæ, ac beatissimæ Dei genitricis sororis originē ducebant: Cumq; opinarentur secundum communē doctrinā sententiam, dominum temporaliter regnaturū, sibiq; has sedes iure deberi existimabant. Accedit ad hoc sanctiorū animi æquitas, dum patiuntur repulsam, qui non amplius domino molesti fuere: immò cum illis dominus dixit: Nescitis quid petatis, tacentes intra se verbum continuerunt: Vnde eorum animi coniecturatur simplicitas. Nam si ambitione nimis essent commoti, non ita æquo animo se postulatis frustrari ferrent. Qui cum unico verbo coercentur, sub arbitrio voluntatis domini postulationem suam proposuisse videntur: & sic tantum venialiter illos peccasse in postulatione dextræ & sinistre sedis verisimili conjectura elicetur. At qui tripliciter in peccato ambitionis peccare contingit. Secludimus autem ab hac distinctione prælaturæ spiritualis ambitionem, quæ alijs regulis est mensuranda. Siquidem nemo assumit sibi honorem nisi qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Intrat autem cordis arcanum de virtutibus, quibus prælatos adornari oportet, cogitare, & vel le pro Deo & proximorum salute illud onus subire, tolerabile est. Cum & idem apostolus dicat: Qui episcopatum desiderat: non dicit, ambit, aut quærerit verbis, vel negotio agit, vt ad episcopatum ascendat: sed tantum desiderat inquit, vt ecclesiæ proficiat, & non vt redditus sibi accumulet, bonum opus desiderat. In peccato igitur ambitionis, prout est immodicus appetitus honoris, tripliciter peccare contingit, secundum beatum Thomam, 2. 2. questione. 131. Primo quidē appetendo honorem ultra id quod merita viuis cuiusq; exigunt. Sed bone Deus, quis stateram hanc meritorū, ad honoris cululum poterit adæquare? Nemos quidem est, qui non existimet se vel exiguis meritis, ne dicam nullis, magnis esse honoribus dignum. Idcirco plurimi peccant ambitionis peccato, cū ob exigua merita genteis sibi honores conferri volunt. Hæc præsumptio, & hæc ambitio peccatum grauissimum est. Peccatur secundo quando quis merita habet, non tamen honore in Deum refert. Peccatur deniq; cum etiam quis afferat quum honorem seu dignitatem nō in proximorū utilitatem, sed in suam potius vanitatem conuertit inflatus. Honor autē præmium cum sit virtutis: honorem in illū oportet referas, à quo ipsa virtus oritur, qui Deus est, & in proximorū etiā utilitatē: vt hinc oblique referatur in virtutis autore Deū, qui præcipit nos utilissimos esse debere proximis, & sicut nos ipsos eos diligere. Vanus Absolon, 2. Reg. 15. occiditur, dum regnū arripere vult vino parente David: qui nec propter Deum & proximorū utilitatē, nec ob virtutis præmiū id est aggressus, sed sceptra iniquitatis sibi vendicare cupiens. Idem Adonias contigit, 3. Reg. 1. & 2. cap. qui adhuc viuente patre David, cū tamē iam esset vicinus morti, sibi fecit currus, & equites & regnū euoluit, nec Dei nec patris expectata sententia. Isti ambitiosi fuere, & sui uterque criminis pœnas dedit, vitā cū

De platis, §.  
Tho. 2. 2. q. 85.  
& quodl. 2.  
quest. II.

tum morte comutare coactus. Satis misera hominum natura est, qui cum ad honores proclives sint: & ad postulandum admodum importuni: nemo vñq; non it, an is bonus quē ambit, & ea quæ cupit, noxia vel vtilia, bona vel mala illifutura sint. Eo enim processit hominū ignorantia. Importuni nimium in postulando, auari in acquirendis honoribus profecto ignorantissimi. Haud sciunt enim id quod tantopere querunt, proficiat noceatur. Est & consimilis honor cuidam volucris formicarum generi: quas cum in altum pueri alarum remigio efferrī vident, captant, tendiculisq; apponunt auiculis escam. Que sane formicæ si caruissent alis, non effarentur in altum, nec appeterentur à pueris, deniq; nec auiculis darentur esca. Triste spectaculum est, quem hodie vidisti hominem in sublime euectum, atq; omnium oculos in se connertentem: iam breuissimo momento temporis adeò dieiectum esse, vt illum suo consortio nemo arbitretur dignum. Cuius rei exempla nimis multa quotidie se nobis offerunt. Hæc enim sunt testimonia mundi, hi & honores quibus suos afficit. Qua propter veri honores è manu Dei expectandi sunt. Qui licet per ministros homines conserantur, tunc vere de manu dei accipiuntur, cū quis nō querit eos nec ambit: sed soli Deo inmixtus firmus in incōmutabili Deo manet. A varietate quippe desideriorum manat varietas conqueritorum. Varietas autem desideriorum originem habet ab ægritudine animæ. Qui enī infirmus est, plurimacupit: nunc fontes, nunc frondes, nunc illos nunc istos cibos, nunc flumina, nunc pisces, nunc & impossibilia quævis imaginatur. Hæc omnia facit honorū, quibus quis infirmatur varietas. Qui igitur cupit istis nō angit, nec distrahi curis, peccatorū humoribus euacuatis, soli Deo placere contendat. Et cū illi soli totā adhibuerit mentem, ac totis viribus eius obsecuit, quis se de derit, anima quieta pace fruetur, nec disideriorum varietate distracta languescet. Quin potius dicet cū sponsa in Canticis: Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Qui potuit turbatum mare sedare, & dicere illi: Tace obmutesce, & seculi & honorū desideria comprimet. Ille, inquam, qui vnicō verbo discipulorū corda sedavit, dices: Nescitis quid petatis. Ille deniq; qui alios decē disturbatos indignatione & cōmotos vnicō verbo compescuit: Cui cum patre & sp̄u s̄tō est honor, gloria, & imperiū in eternū. Amē.

TRACTATUS DECIMVS SEPTIMVS.

In XX. cap. beati Matthei.

Cant. 4 Accedit mater filiorū Zebedæi ad Christū: nec impetrat quæ postulanit, sed quæ nō petebat accepit. Ex quo exemplum nobis reliquit accedēdi ad Deū: præcipue vero cum nūquam quis, modo recto & puro accedit corde, à cōspectu eius redierit vacuus. Accedit ad eū, inquit David Psal. 33. & illuminamini: & facies vestræ non cōfundetur. Illus minantur nempe discipuli, dū edocentur nō recte postulare: & facies eorū nō sunt confusæ, quando illis calix bibendus porrigitur. Quo hausto ingens illis gloriæ honor est datus. Qui igitur sequitur Christū, accedit ad eū: & qui accedit, illuminatur: & facies eius non confunditur. Qui accedit ad temporales dominos, nec illuminatur: nec facies eius à confusione est aliena, quoniā mundus in tenebris abulat. Nescierūt, inquit David Psal. 81. nē intellexerūt, scilicet homines mūdi sectatores: in tenebris abulat: mouebātur onia fundamēta terræ. Christus aut lux mūdi est. Ego, inquit ipse, sum lux mūdi: qui sequitur me, non abulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, Ioa. 3. cap. Ad hanc igitur lucem accedentes atq; illā sequentes illuminantur, & eorum facies nō cōfunduntur. Sic profecto nō bene postulantes beatus

Z iiiij Jacobus

Iacobus & Iohannes docentur, & facies eorum non confunduntur. Erubescunt mundani homines cum postulatani impetrant. Non erubescunt discipuli domini cum negatur illis quod postulant, dum illis datur quae postulare debuerant: Nescitis, inquit dominus, quid petatis. Calicem porrò meū bibetis. Negat & donat dominus. Negat quod non bene petitur, donat quod fuerat postulandum. Sic dominus, ut supra retulit cap. 7. beatus Matthæus, semper veritatis auctor adimpleret: Petite, & dabitur vobis: querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur. Omnis enim qui petit, accipit, & qui querit, inuenit: & pulsanti aperietur. Petierunt beati apostoli Iacobus & Iohannes. Omnis qui petit accipit. Accepere ut siquidem quod postulandum fuerat, non quod minus recte petebant. Nemo igitur accedit ad dominum, qui non impetrat vel quod petit, vel quod illi magis utile est. Quapropter accedentes ad Deum illuminantur, & facies eorum non confunduntur: quoniam non scandalizantur, scientes iustissimum datorum Deum, & quod iustissime negat, quod non iuste petitur: cumque alius loco postulati donat, illud esse quod postulantibus prodest. Ceterum cum domini temporales saepe iniustè donent, nullo praetextu se excusare possunt cum ab illis quod iniustum est petitur, nisi hanc unam proferant vocem: Nolle se totiens iniusta concedere, nec peccata accumulare peccatis. Quo circa postulantes scandalizantur, cum aliis indignis donari videt, quod etiam ipsi indigni postulat. Maxime igitur considerare oportet, ne alicui iniuste petita concedatur. Quod omnino etiam cauendum est: ne cum accesserit alius iniusta postulans, erubescat negans, & confundatur qui non accepit. Ex parte autem petentis, si is & quo anno velit suscipere negatis responsum, oportet non sic absolute velle omne quod petit: sed prius habenda ratio est cum Christo, an iuste postulet: & in manu eius prius sitas offerat preces, quam illas ponat in conspectu principii. Atque ita Deo oīa sua committēs, precetur: si quae petenda sunt, in conspectu cuius habentur iusta, cor dantis ad illa concedenda aperiatur: Sin minus, à postulatis ipsum auertat. Qui sic accedit illuminabitur, & facies eius non confundetur: quoniam Deus cuiuscomit efficiet, ut quae iusta sunt illi donentur, alias auertet. Haec sunt postulationes homini Christiano dignae. Hic petendi modus, quem omnes sequi oportet. Qui & si abierint vacui à postulatis, consolatione tamen pleni exhibunt à conspectu non dantis: & alias prouidebit dominus, qui nunquam suis deficit: qui & illi aliud utilissimum deinde concedet. Verum enim uero consideranda est statim aequitas domini, quae merita omnium postulantium librat, dum ait: Non est meū dare vobis: sed quibus paratus est à patre meo. Meū utique est dare, sed illis quibus à patre paratus est, non vobis ratione propinquitatis. Nec est meū dare sine debitum meritis dextræ vel sinistre sedē. Itaque si adesse merita, daretur petit & sedes. Ait enī: Sed quibus paratus est à patre meo: quibus scilicet merita suppetet ad primas obtinendas sedes. Confundatur ergo heretici, negantes fratrum merita, cum neque ipsi apostolis familiaribus & coiunctis sanguine non datur quod petitur, ob defectum ad tantum fastigij culmen meritorum. Donadæ quippe sunt dextræ & sinistre sedes, sed quibus à patre ob excellentiam meritorum donari constitutæ est. Ad dexteram Christi nulli dubium est sedere eminentissimam matrem eius semper beatissimam Mariam virginem: hoc est, in posterioribus bonis. Haec sic accipienda est dextra, quae admodum & Christus dominus sedet à dextris dei: hoc est, in posterioribus bonis gloriae. Ita sane ait beatus Marc. ca. vlt. Iesus autem assūptus est in celum, & sedet à dextris dei. Quod olim & David prædixerat, Psal. 109. Dixit dominus dñe meo, sede à dextris meis. Ad dextram ergo patris Christi: ad dexteram vero Christi, quod postulatur

Sæclarum me  
rita.

tur à beatis fratribus sedes, mater ei<sup>o</sup> Maria sedet: hoc est, in potiori gloria post Christū dñm. Sic de illa prophetauit Da. psal. 44. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circūda ta varietate. In cuius figurā Salomon cum regnare cœpisset, adueniente matre surrexit, 3. Reg. 2. appositusq; est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram eius. Et hoc idem verba sanctæ matris ecclesiæ sonant, dicentis: Exaltata est sancta Dei genitrix super choros angelorum ad cœlestia regna. Cum enim dicit super choros angelorum, ad dexteram benedictissimi Iesu intelligendum est, quo in loco nemo aliud sedet. Quis autem post Mariam Deiparā beatissimam secundum locum obtineat, scūt beati qui habitant in domo domini, quibus in secula seculorum datum est Deum laudare. Nobis enim temerarium esset id definire. Meritis igitur non consanguinitate aut familiaritate coniunctis cœlestes donantur sedes. Vnusquisq; bonis operibus insudare non negligat. Nam quo potiora quisq; habuerit merita, eo potius obtinebit gloriam: quia tu reddis vnicuiq;, inquit David, secundum opera sua. Et, Opera illorum sequuntur illos, inquit beatus Ioa. in Apocalypsi. De hac vero sententia pluradiximus in cap. 16. cum illa verba domini interpretaremur: Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis: & tunc reddet vnicuiq; secundum opera eius. Et Salomon Proverb. cap. vlt. de fortitudine inquit: Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius. Nullus vñquam iustus rex aut dominus alicui quicquam donauit, si intra iustitiae limites vixit, nisi secundū opera et merita eius. Porro heretici dum non ad merita & bona opera, sed ad solam fidem Deum attendere volunt: asserunt ipsum nō esse iustum, quod est impossibile diuinæ naturæ: quæ summa iustitia est, atq; omnis iustitiae fons & origo. Quoties iustus in diuina scriptura dicitur, quod hic repeterè nimis esset longum & fastidiosum. Iustus dominus, & iusticias dilexit: & iustitiae vidit vultus eius. Iustus es dñe, & rectū iudicium tuum, in iustitia tua libera me. Merita igitur plurima cōgregemus, nec deficiamus bonis operibus insistentes. Sequamur cum his beatis apostolis & eius matre dominū, iusta postulant. Et vt nostræ semper sint iustæ postulationes, aliud nihil præter quā quod diuinæ voluntati beneplacitum fuerit, adipisci velimus. Sic quæcūq; aduenerint nobis, securè & lœti possidebimus. Noe cū arcā ingressus fuit, vt saluaretur ipse & filii eius à diluvio: tunc securus est redditus, quando ostiū arcæ manu domini fuit clausum. Gen. cap. 7. sic legitur: Et inclusit eum dominus de foris. Cum ergo dominus nostris rebus manū apponit, & nos de foris includit, omnia secura sunt: etiam si totus tribulationum aquis obrutus orbis. Quod gratia präcipue fit domini nostri Iesu Christi: cui cum patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

## TRACTATUS DECIMVS OCTAVVS.

In XX. cap. beati Matthæi.

**O**pere pretiū est de matre, & his beatis apostolis domini, quorū mentionem fecit beatus Matthæus aliqua considerare, cū & sanguine sint domino valde coniuncti, & familiaritate deuincti, & sanctitate p̄cipui. De matre beata Salome, ait beatus Ambrosius: Considerandum est, quæ mater filiorum Zebedæi, cum filijs & pro filiis petat. Mater est utiq; cui pro filiorum honore solicite immoderatior quidem, sed tamen ignoscenda mensura votorum est. Atq; mater ætate longæua, studio religiosa, solatio destituta, quæ tunc temporis, quando vel iuuanda vel alenda foret valide auxilio, abesse sibi liberos patitur,

ebatur, & voluntati suæ mercedem sequentium Christum prætulerat filiorum. Ipsa enim dominum, prout poterat sequebatur: & in passione dominum non derelinquit, prout dicit beatus Matth. cap. 27. Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ secutæ erant Iesum: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. Quæ tres etiam dominum vngendum in sepulchro manè dominicæ resurrectionis quæsierunt. Sic enim ait beatus Marc. cap. 16. Et cum transisset sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iocobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes vngerent Iesum. Ecce quanta pietate mater filiorum Zebedæi Christum colebat, quæ illi nec defuit in passione, nec defuit quærere positum in monumento. Huius filij relicto patre secuti sunt dominum, etiam relictæ matre: quos dominus familiarius vna cum beato Petro sibi coniunxit, quibus & arcanum transfigurationis aperuit: & hos solos secum introire permisit in cubiculum, cum suscitauit filiam Iairi archisynagogi. His etiam tribus iam passioni propinquus se paratis dixit: Tristis est anima mea usq; ad mortem. Sustinet hic, & vigilare mecum: tanquam illos eligens consolatores in eo agone. Quibus præ cæteris & dilectionis signa ostendit: nimirum Petro, cum illi omnem ecclesiam gubernandam commisit, ter illud inculcans: Pasce agnos meos, Pasce agnos meos, Pasce oves meas: Iacobo, cum illum in gloria primum recepit ante omnes beatos apostolos: Ioanni, cum virginem Deiparam virginii commendauit in cruce positus. Nam cum dominus in cruce penderet, pro nostra reconciliatione & saliente, videntis mostissimam matrem adesse, & discipulum quem diligebat, inquit: Mulier ecce filius tuus. Deinde ad discipulum: Ecce mater tua. Ex quibus verbis colligitur beatum Ioseph sanctissimæ Deiparæ sponsum iam obiisse: nam si adhuc viueret, non opus erat Deiparam alteri commendare. In filium igitur donatur virgini virgo Ioannes: ut qui tam tenere diligebatur à Christo, amore filiali diligenteretur à virginе matre: & ipse tanquam filius obsequientissimus esset illis solatio. O beati viri & virginis Ioannis gloria, cui cœlestis thesaurus committitur. Cui arca, in qua dominus dignatus est habitare, & carnem de eius sanguine purissimo sumere, custodienda traditur. Vere omni tempore, inquit Salomon in proverbijs, dilit qui amicus est: & frater in angustijs comprobatur. Vere à Christo domino Ioannes dilitur: Vera & ipse dilectione in Christum afficitur: qui fugientibus omnibus apostolis, solus dominum secutus est. Vnde & introduxit Petrum in domum Annæ, & cruci ex omnibus discipulis solus astitit. Quo circa amoris præcipui priuilegium meruit, nempe ut in filium matri domini donaretur, quam ipse deinceps habiturus esset in matrem. Optima commutatio beato Ioanni contingit: dum pro matre Salome, ipsius amita & mater domini sibi in matrem datur. Non tamen beatissime virginis æqualis est permutationis repensio: dum profilio Dei accipit in filium beatum Ioannem. Haec sunt præconia tua, ô beate Ioannes, qui dextram & sinistram tibi & fratri optabas. Accipe pro dextra, domini matrem in matrem: quæ omni dextera, si cogitabas terrena, dexterior est: quæ omnibus dignitatibus, quæ sub Deo sunt, excelsior, mater est eius: qui est altissimus: quæ & omnibus diuitijs ditior, mater est domini omnium. Quod si dextram optabas in celis, accipe in matrem, quæ sedet ad dexteram filij: & dexteram matri libeter cede, cui soli debetur merito sedere ad dexteram filij: quæadmodum & filio, secundum humanitatem debetur sedere ad dexteram patris, cui est æqualis, secundum diuinitatem. Tantæ autem puritatis & virginitatis fuit beatus Ioannes, ut ea dignus fuerit

matre,

matre, & eius supremæ virginis vocari filius, quam sibi in matrem elegit Deus. Cæterum  
 soli beato Ioanni datur in cæna supra pectus domini recumbere: & illi soli occultum pecca-  
 tum Iude proditionis, signo buccellæ intinctæ reuelatur, quod beato Petro instantे Ioannes  
 à domino quæsierat. Veruntamen beatus Ioannes Petro non reuelauit. Atqui si percon-  
 teris, quomodo Christus dominus occultum peccatum Iude Ioanni reuelauit? dicendum  
 quod illud peccatum & si occultum, quia continuo omnibus erat manifestandum, pro aliquo  
 magno profectu spirituali Deus soli Ioanni reuelauit. Eadem namque hora exiit Iudas, &  
 receptis triginta argenteis dominum tradidit. Propterea occultum peccatum statim mani-  
 festandum dominus reuelat soli Ioanni: qui sic conticuit verbum, ut nullitunc reuelauerit.  
 Quod ex hoc magnus secutus sit spiritualis profectus, colligitur ex eo, quod inde sponte sua  
 passum fuisse dominum comprobatur, cum posset traditionem discipuli, quam sciebat vita-  
 re: & Deum esse, qui omnia sciret, se ostendit futuro euangelistæ, qui hæc postea diuino in-  
 finitu scripto euangeli prodidit. Sunt qui dicunt, quod Christo domino erat publicum Iu-  
 dae peccatum tanquam Deo, ideo reuelauit. Sed cum corpus suum & sanguinem dedit Iu-  
 dae, ideo factum ne illum manifestaret. Existimoque soli euangelistæ detectum, quoniam illi-  
 coerat manifestandus: & quoniam à Ioanne postea in euangeli hæc tradenda erant, ad os-  
 tensionem scientiæ & spontaneæ passionis Christi, quod multum facit ad fidem diuinitatis  
 domini aſtruendam. Solus beatus Ioannes post resurrectionem, cum ad pescandum Petrus  
 accessisset, cognovit dominum in littore ambularem & quærentem: Pueri, nunquid pul-  
 mentarium habetis? Respondent ei: Non: dixit eis: Mittite in dextram nauigij rete, &  
 innuenietis. Misserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Di-  
 cū ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est, Ioa. 21. Hoc ergo soli Io-  
 anni datur priuilegium, dominum præ ceteris tunc cognoscendi: qui præ alijs in euanglio  
 ipsius diuinitatem manifestauit. Ioannes enim nouissimus omnium de Christi diuinitate cō-  
 tra Ebionitas euangeliū edidit: tum & epistolas tres charitate & dilectione plenas. Ip-  
 se adeò Christum diligebat ardentiter, atque ita à domino ipse viciſſim diligebatur, vt hoc titulo  
 prænotaretur: Discipulus quem diligebat Iesus: Cuius omnis vox, charitas est & dilectio.  
 Et tanquam caminus ignis ad usque cœlum charitatis & dilectionis flamas emittit. Ipse  
 præterea spiritu propheticō reuelatum est ecclesiæ sanctæ successus, usque ad mundi finem,  
 cum exularet in insula Pathmo. Ipse denique martyrij cordis laurea insignis est: dum penes  
 crucem, tum dominicruciatus, tum & matris Deiparæ virginis dolores ipse defleret. Cæ-  
 terum in dolio feruentis olei à Domiciano immisus, iamque voluntate martyr effectus (do-  
 minio sic disponente, quasi quos pertulerat ad ipsius crucem dolores, satis ad martyrium fo-  
 rent) vñctus è dolio, & non adustus exiuit. De cuius obitu sic ait beatus Hieronymus: Hic  
 est Ioannes, qui sciens superuenisse diem recessus sui, conuocatis discipulis suis in Epheso, per  
 multas signorum experimenta promens Chrestum, descendens in defossum sepulturæ suæ lo-  
 cum, facta oratione positus est ad patres suos, tam extraneus à dolore mortis, quam à cor-  
 ruptione carniis fuerat alienus. Sine dolore moritur, qui dolores passionis domini, & crucio  
 atus cordis mæſtissimæ matris eius in corde pertulit. Sine dolore obiit, qui carne incorrup-  
 tus, virgo semper permanit gratia domini nostri Iesu Christi: Cui cum patre & Spiritu san-  
 cto est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

S. Thom. 2.8;  
quæſt. 33.

TRACTATVS XIX.  
TRACTATVS DECIMVS NONVS  
In XX. cap. beati Matthæi.

**P**Etierat autem beatus Iacobus maior natu Ioanne, vna cum matre & fratre dextram & sinistram in regno Christi, cum se sanguine & familiaritate cerneret Christo coniunctiorem. Qui repulsam tulit, etiam si ei calix passionis porrigitur: quem ipse libenter acceptat, dicens vna cum fratre Ioanne: possumus, possumus proteo Christe probra sustinere, irrisiones tolerare, flagellis dorsum libenter dare, os contumelias & caput gladio submittere. Fuit beatus Iacobus unus ex tribus domini familiaribus, quem ipsæ in suæ transfigurationis, & puellæ filie archisynagogi suscitationis testem elegit. Hunc Christus dominus passione instantे sue mœstite voluit esse consortem, quē priorem suscepturus erat in cælum in sedem apostolorum sessorem. Hunc dominus Hispanie prædicatorem & patronum dedit: cū eius beatissimū corpus apud Compostellam afferuari voluit. Hic unicus infidelium est debellator, cuius patrocinium nostri saepe in bello experti sunt: eoque per pauci milites ingētes Maurorū copias denicere. Quibus apparebat apostolus ipse conspicuus, equo insidē albo, ac lucidissimis armis totū corpus contectum, & luciformi gladio inimicos Christi percutiens. Quod ipsi etiam Mahometanis fatentur: qui inter spolia à nostris captiui ducti, illum militem admirabantur qui candido equo vectus & splendissimis armis munitus, stragem magnā suis dedisset: nūquam se similem cōspexisse assuerantes, & qd aspectu esset terribilis, & quocunq; se verteret plurimos uno ictu prostrasse, nec suorū quam illi telum siue gladium nocuisse. Huiusmodi signis experiuntur Christiani beatum Iacobum, quem uno ore pugnaturi aduocant: suis Hispanis præsto adesse, veræ fidei propagatorem: pro qua primus omnium apostolorum capite plexus est. Felix nimirum Hispania est, quæ tanto ditatur patrono, & cui in apostolum datus est unus è tribus illis selectis discipulis domini familiaribus & consanguinitate coniunctis. Beatus apostolus Paulus se in Hispaniam profecturum bis proficeret, ad Roma. capit. 15. dicens: Cum in Hispaniam proficisci cæpero, sþero quod præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc, si vobis primum ex parte frumentus fuero. Et iterum. Hoc igitur cum consummavero, & assignauero eis fructum hunc, per vos proficiscar in Hispaniam. Non tamen liquido scimus, an ad nostros priores patres accesserit beatus apostolus Paulus. Compertum tamen habemus ad Hispanos venisse beatum Iacobum anno salutis nostræ, vt quidam referunt, xxxvij. atque illis euangelio Christi prædicato Hierosolymiterum cōcessisse: ubi ab Herode Agrippa martyrij laurea coronatur anno primo Claudiij cæs. qui fuit nostræ salutis quadragesimus. Deinde apostoli corpus nauigio impositum à discipulis, marique se committentibus: in Hispaniam adlittus Galleciae prope Compostellam diuinitus delatum esse. Quo loco hodie ab omnibus Christi fidelibus vndique confluentibus summa religione visitatur & colitur: ac multis ibi decoratur miraculis, sanguine & familiaritate Christo coniunctus beatus noster patronus Iacobus. Cum haec ciuitas Conimbricensis à Mahometanis teneretur, & eam ob sideret Ferdinandus legionis & Castellæ rex, nec eam capere posset: in crepusculo illius diei quo capta est vrbs, oranti episcopo Compostellano corā beati Iacobi apost. ara, vi sus est illi beatus Iacobus claves manu gestans, qui suū antistitem bis verbis sit alloquitus: Eo nunc, inquit, aperturus seras vrbis Conimbricensis, vt rex Ferdinandus illam ingrediatur.

Qua

qua quidem hora Ferdinando regi, Mauris profligatis tradita est. In eius rei testimonium, adhuc ciues Conimbricenses ad vigesimum quintum die beato Iacobo sacrum, militares ludos exercent, equis curstantes per totam urbem ac vexillum eius portantes. Sed haec hactenus. Optime igitur dextra & sinistra temporalis regni, quam beatus Iacobus petierat, compensata est. Illi enim primo omnium apostolorum diuina visio & fruitio datur: & fidei factus est propugnator, & dux equestris, qui ante a fuit piscator. O admiranda charitas Christi: retia reficiebant fratres cum vocantur a domino, beatus Iacobus & bea. Ioannes: nunc autem fidei illustrissimi sunt defensores, & infidelium expugnatores, unus euangelio, alter gladio. Si quis diceret beato Iacobo, cum patris retia reficiebat. Ecce tu vocaris a Christo domino, erisq; strenuus miles, cui inimicorum gladius nunquam nocere poterit: tuus vero, quocunq; illum vibraueris, plures uno ictu occidet. O beatissime præsul & sacerdos Iacobe, quomodo emulisti in re militar felicior Alejandro, fortior Samson, & omnibus in uictis ducibus magis inuictus? Sic iam nobis erit gratiae consideratio, quemadmodum ipsa naturam superat: ut qui habuerit illam, redditur in omni opere exercitatus. Discipuli natura pauidi, qui ones de relato domino in ea nocte, qua ipse traditus est, fugam arripuere, adueniente Spiritus sancti gratia facti sunt fortissimi & fidei intrepidi propugnatores. Omnibus namq; se opposuerunt idololatri regibus & principibus mundi, atq; illis fidem prædicauerunt. Præterea gratiae inscios & rudes facit desertos. Vides namq; quanta celeritate, beatissimi apostoli per Spiritum sanctum omnem scripturæ sensum edocendi sapientissimi euaserunt: & qui linguam tantum vulgarem nouerant, ubi Spiritus sancti gratia participes fiunt, omnium loquuti sunt linguis. Calicem igitur domini beatus Iacobus omnium apostolorum prior babit, & torrente voluptatis domini potatus est. Quod si magnum est, gratia mutare naturam: amplius donum est animam beatificari in gloria, & reddi illi merita gratiae in superna beatitudine. Magna quippe munere donatus est a domino beatus Iacobus, quem primum omnium supernæ civitatis voluit constituere ciuem, & tanquam apostolorum primitias ad se suscipere ad videndum sedes, quas duodecim olim promiserat. Gaudet igitur beatorum apostolorum chorus, quia ex illis martyrum ducem & primitiam elegit Christus beatum Iacobum. Quem Herodes aliquos de ecclesia affligere volens, ex apostolorum collegio demptum, præceteris capite plexit. Primus igitur è duodecim numero fuit, qui mortem, quā pro nobis est saluator passus, saluatori reddidit. Habet q; iam beata duodenaria societas, primum è suis martyrem, qui in conspectu Christi semper adfusat, & beata visione & fruitione deitatis gaudet. O vere beate Iacobe, tibi data est una ex sedibus duodecim apostolis præordinatis. Tu prior è tuorum solidalium numero beatorum ciuiis effectus es. Manent labores Petro & tuo germano fratri Iohanni, ceterisq; tuis consortibus: tibi præceteris datur requies, ac primus ad sempiternam quietem electus, tantum profide certas: qui omnibus te innocantibus Christianis aduersus infidelium turmas, illico in patrocinium ades. His te voluit decorare muneribus Christus, ut quod cæteri plurimis laboribus verbo fecerunt, tu è sede quietis beatus aduenias, quietus prælia agas, intrepidus ferias, certissimè vincas, nullusq; sit fidei hostis, qui te adueniente non profigetur & pereat. Gaudet Hispania, que tanto donaris patrono: & in gratiarum actionem prorumpit, ac semper in fide stabilis perseverat: cum tanto sis dotata apostolo, decorata martyre, sublimata duce, honorata Christi familiari. & consanguineo: Cui Christo domino

domino cum patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

## TRACTATVS VIGESIMVS.

In XX. cap. beati Matthæi.

**E**t egredientibus illis ab Hierico, secuta est eum turba multa: & ecce duo cæci sedentes secus viam, audierunt quia Iesus transiret: & clamauerunt dicentes: Domine, miserere nostri, filii Dauid. Turba autem increpabat eos, ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine, miserere nostri, filii Dauid. Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait: Quid vultis ut faciam vobis? Dicūt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus, terigit oculos eorum. Et confestim viderunt, & secuti sunt eum. Quod semper turba sequatur dominum Iesum, multitudo miraculorum facit. Nunquam enim dominus operari cessat & docere, ut in omnibus se Deum & Messiam in lege promissum ostendat: & ut nulla Iudeis sit excusatio eorum, quæ videbant & audiuerunt. Datur & exemplum sequentibus Christum, nullam illis deesse spiritualis consolationis gratiam. Ceterum de salute ijs cæcis praestita, de qua hic beatus Matthæus agit, non minima inter doctores conquisitio est. Siquidem beatus Marcus cap. 10. ait: Et venit Hierico: & proficisciens eo de Hierico, & discipulis eius, & plurima multitudine, filius Timaei Bartimæus cæcus, sedebat iuxta viam mendicans. Et beatus Luc. 18. cap. inquit: Filius est autem, cu appropinquaret Hierico, cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans. Matthæus duos cæcos fuisse tradit. Marcus & Lucas vnu tantum referunt. Huius autem dubitationis facilis erit solutio, si sacra scripturae more attendas. Sic profecto beatus Matthæus cap. 8. dicit: Et cu venisset Iesus trans fretum in regionem Gerasenorum, occurserunt ei duo habentes demonia, de monumentis exeuntes, scilicet in nimis. Beatus Marcus cap. 5. ait: Et exterriti de nani, statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo. Et beatus Luc. cap. 8. Et cu de nauis egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam, qui habebat demonium in temporibus multis, & vestimento non in duebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. Duplicem demoniacum fuisse constat ex beato Matthæo. Beatus autem Marcus & Lucas vnu tantum dicunt: quoniam hic magis insignis & seu altero erat. Sic et beatus Ioa. ca. 12. folij Iudam refert detrahente Mariæ Magdalene, eo quod vnxisset præciose vnguento domini pedes. Maria ergo (inquit Ioannes) accepit librā vnguenti Nardi pistice preciosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo unus ex discipulis eius Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc vnguentum non venit trecentis denariis, & datum est egenis? Beatus autem Matthæus cap. 26. ait: Cum autem Iesus esset in Bethania, in domo Simonis Leprofi, accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti preciosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes: Ut quid perditio haec? potuit enim istud venundari multo, & dari pauperibus? Idem quoque refert beatus Marcus, addens Magdalena fregisse alabastrum. Itaque beatus Matthæus & Marcus super caput narravit effatum vnguentum, & subtiliter vñctionem pedum, quæ facta est primum, secundum beatum Ioannem. Matthæus etiam tacet fractionem vasis vnguenti. Beatus Ioannes vñctionem pedum & extorsionem capillis factam exponit, & capitum vñctionem tacet, Iudamq. solum

inducit dicentem: Ut quid perditio hæc? &cæt. Itaq; accipiendum est Iudam prius detraxis  
 se vñctioni & vnguenti effusioni, mox cæteros concitasse discipulos: quibus & detraælio  
 placuit, existimantibus bono zelo id Iudam dixisse, cui de egenis nulla erat cura: sed cum fur  
 esset & haberet loculos, pecuniam concupiuit, quæ ex vnguento in eius manum deuentura  
 erat. Similiter cap. sequenti de afina & pullo adductis ad Iesum scripsit beatus Matthæus.  
 Cæteri tres beati euangelistæ tantum de pullo mentionem faciunt. Sic igitur in loco, quem  
 nunc tractamus, censendèum est beatum Matthæum duos posuisse cæcos: beatū verò Mar  
 cum vnum tantum, nempe illum, qui erat magis insignis & notus omnibus, cuius nomen  
 & patris eius declarat. Quodigitur vnuus euangelista subicit, exprimit alter: vt cognosca-  
 mus per Spiritum sanctum conscriptum esse sacram euangelium Christi, cum à diuersis om-  
 ni referantur omni contrarietate semota, eodem spiritu alijs suggestente, quod alius ta-  
 cet. Et sic quatuor sancti euangelistæ, in diuersis mundi partibus existentes, in euangelica  
 narratione admodum concordes sunt, nunquam sibi pugnantia, licet diuersa conscribentes: nō  
 mirum quæ vnuus tacuit, altero proferente. Ex quo luce clarius patet patrocinio Spiritus  
 sancti vere illos omnia retulisse. Porro alterum dubium hic nobis occurrit priori difficulta-  
 tis, cum beatus Matthæus dicat: Et egredientibus illis ab Hierico, ecce duo cæci sedentes se-  
 cus viam. Beatus Marcus ex illis tantum magis signem referens, ait: Et proficidente eo  
 de Hierico, & discipulis eius, & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus sede-  
 bat iuxta viam mendicans, Marci 10. Beatus verò Lucas cap. 18. Factum est, inquit, cum  
 appropinquaret Hierico, cæcus quidam se debat secus viam mendicans. Beatus Matthæus & Mar-  
 cus dicunt, quod recedente domino ab Hierico: beatus Lucas ait, cum appropinquaret. Sunt  
 qui dicunt eisdem esse cæcos, quos beatus Matthæus & Marcus & Lucas referunt. Et quod  
 beatus Lucas ait: Cum appropinquaret Hierico, in recessu ab Hierico intelligendum: ac si  
 dicat exente cum de Hierico, eo adhuc Hierico propinquus esset, cæcus quidam se debat  
 in via mendicans. Cæterum cum verbum appropinquaret, à recessu & exitu sit diuersum,  
 alius videtur cæcus sanatus in ingressu Hierico, de quo apud Lucam: & alius, Bartimæus  
 sanatus in exitu ab Hierico, de quo apud Marcum, quorum apud Matthæum nomina reti-  
 centur: & si omnes illos iussit Christus ad se adducere, & eadem verba proferunt, & à tur-  
 ba clamare prohibentur. Namque domino iam Hierico appropinante, secundum Lu-  
 cam, se debat quidam cæcus secus viam mendicans, qui clamabat: Iesu filij Dauid, miserere  
 mei. Et qui præibant increpabant illum, vt taceret: ipse verò multo magis clamabat: Fili Da-  
 uid, miserere mei. Quem dominus iussit ad se venire, & illi visum reddidit. Hæc ab amicis  
 vel forte ab ipso eodem cæco, potuerunt referri alijs duobus cæcis, qui ad exitum Hierico co-  
 sidebant: qui eisdem verbis dominum interpellant, & prohibiti sunt à turba. Hos dñs iubet  
 ad se adduci: quod ex eo magis appetit sic contigisse, quoniā beatus Lucas cæco illuminato  
 in ingressu Hierico tradit dominū dixisse: Respice, fides tua te saluū fecit. Et confessim vi-  
 dit. Beatus autem Matthæus, duos illos cæcos dicit tætu domini illuminatos, dicens: Quid  
 vultis ut faciam vobis? Dicunt illi: Domine, vt aperiantur oculi nostri. Misericordia autem Ie-  
 sus eorum, tetigit oculos eorum, & confessim viderunt. Huic interpretationi beatus Aug-  
 consentit lib. 2. de Consensu euangelistarum capit. 65. dicens: Proculdubio Bartimæus  
 iste Timæi filius, ex aliqua magna felicitate deiectus, notissime & famosissime mi-  
 seria

seriae fuit: quod non solum cæcus, sed etiam mendicus se debat. Hinc est ergo, quod ipsum solum voluit commemorare Marcus. Cuius illuminatio tam claram famam huic miraculo comparuit, quam erat illius nota calamitas. Lucas vero quamvis omnino eodem modo factum, tamen in alio cæco intelligendus est par commemorare miraculum, & eiusdem miraculi priorem modum. Ille quippe hoc factum dicit, cum appropinquaret Hierico: at isti cum egrederetur ab Hierico: sed nomen ciuitatis & facti similitudo putari suadet semel esse factū: Sed euangelistas in hoc sibi aduersari, quod alius dicat: cum appropinquaret Hierico: alijs, cū egestate deretur ab Hierico, non sane hoc persuadet nisi eis, qui proclivius credi volunt mentiri euangelium, quam duo similia similiterque miracula fecisse Iesum. Quid autem sit credibilius, & quid potius verum, omnis fidelis filius euangelij facillime videt: & omnis contentio ius, si autem cum admonitus fuerit, vel tacendo, vel etiam si tacere noluerit cogitando, sibi ipsi respondet. Constat igitur cæcum unum, quem ponit Lucas, illuminatum in ingressu Hierico: duo vero in recessu ab Hierico. Nec prætermittendum, quod in ingressu & recessu Hierico inueniat dominus cæcos: quando Iudea, quæ per istos cæcos designatur, nec recepit dominum ingredientem in mundum, & tot miracula efficientem: nec nouit in recessu à mundo, cum resurgens à mortuis cœlum ascendit gloriōsus: nec euangelio credidit domino prædicante, & discipulis eius post aduentum Spiritus sancti idem annuntiantibus: nec deniq; cum à Iudea discipuli recesserunt & conuersi sunt ad gentes. Merito ipse Hierico cum a Iosue capitur, non armis sed tubis vincitur sacerdotum: quoniam acclamatiibus beatis apostolis tradita est Iudea in excidium Romanorum, eo quod non cognovit domini verbum & apostolorū. Dixitq; Iosue: sit ciuitas hæc anathema, Iosue cap. 6. Sic & Iudea perpetuo percussa est anathema, vñq; quo reliquæ saluentur ex ea, secundum vaticinium Esai. cap. 10. Si enim fuerit populustuus Israel, quasi arena maris, reliquæ conuertentur. Nos igitur quibus datum est agnoscere dominum nostrum Iesum Christum, cum his cæcis illuminati sequamur illum laudantes & magnificantes diem, qui dedit nobis redemptionem & gratiam, per dominum nostrum Iesum Christum: cui cum patre & Spiritu sancto est gloria, honor, & imperium in æternum. Amen.

### Tractatus primus in XXI. cap. beati Matthæi.

Zachæ. 9.

**E**t cum appropinquassent Hierosolymis, & venissent Bethphage ad monasterium Oliueti: tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea: soluite & adducite mihi: & si quis vobis aliquid dixerit, dicite: quia dominus his opus habet: & confessim dimittet eos. Hoc autem factum est, ut adimpletur quod dictum est per prophetam: Dicite filiæ Sion. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & cum desuper sedere fecerunt. Primum autem turba stravit vestimenta sua in via: alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via: turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequabantur, clamabant dicentes: Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine